ptum eius in eternū ꝓpter iniquitatē: eo q̄ nouerat indigne agere filios suos et non corripuit eos. Idcirco iurauī domui heli q̄ nō expiet iniq̄tas domus ei⁹ victimis ⁊ mūeribus vsq̄ in sempiternū. Lectio sexta.

Dormiuit aūt samuel vsq̄ mane: aperuitq̄ hostia domus dñi Vocauit ergo Heli samuel et dixit. Samuel fili mi. Qui rñdens ait. Ꝑsto sū. Et interrogauit eū Quis est sermo quē locut⁹ est ad te dñs Ꝺro te ne celaueris a me. Indicauit itaq̄ ei samuel vniuersos sermones: ⁊ nō abscondit ab eo. Et ille rñdit. Dñs est. Quod bonū est in oculis suis faciat.

Dñica.iiii. Lectio prima

Creuit aūt Samuel: et domin⁹ erat cum eo: et non cecidit ex omnibus verbis eius in terrā. Et cognouit vniuersus israel a dā vsq̄ ad bersabee: q̄ fidelis samuel ꝓpheta eēt dñi. Et addidit dñs vt appareret in silo q̄m reuelat⁹ fuerat dñs Samueli in silo iuxta verbū dñi: et euenit sermo samuelis vniuerso israel

Factū est (eli.ii

In dieb⁹ illis q̄uenerūt philistiim in pugnam. Egressus est nāq̄ israel obuiā philistiim in ꝓliū: ⁊ castrametat⁹ est iuxta lapidē adiutorii Ꝺro philistiim venerūt in afec: ⁊ instruxerūt aciē ctra israel. Lectō.iii.

Inito aūt certamine terga vertit israel philistiis: ⁊ cesa sūt in illo certamie passim p agros q̄si q̄tuor milia viroꝝ. Et reuersus est pp̄ls ad castra Dixerūtq̄ maiores natu de israel. Quare ꝓcussit nos dñs hodie coram philistiim: ⁊

Lectio quarta.

Afferamus ad nos de silo archā federis dñi: ⁊ veniat in mediū nostri vt saluet nos de manu inimicorum nostrorū. Misit ergo populus in silo: ⁊ tulerūt inde archā federis dñi exercituū sedentis sup cherubi. Erātq̄ duo filii Heli ofni ⁊ phinees cū archa fe-

deris dñi. Tu. Lectio.v.

QUnq̃ venisset archa fœderis dñi in castra: vociferatus est omis israel clamore grandi et pſonuit terra. Et audierunt philistiim vocẽ clamoꝝ dixerũtq̃. Que nã est hec vox clamoris magni in castris hebreoꝝ? Et cognouerũt q̃ archa fœderis dñi venisset in castra. Lectio.vi

TImue rũt philistiim dicentes. Venit deꝰ in castra: et ingemuerũt. Ue nobis: nõ enim fuit tãta exultatio heri et nudiustertiꝰ. Ue nobis. Quis nos seruabit de manu deoꝝ sublimiũ istorũ? Hi sunt dii qui pcusserunt egyptũ omni plaga in deserto. ℣ Dñica.v. l.i.

QUinoꝛtamini et estote viri philistiim: ne seruiatis hebreis: sicut illi seruierũt nobis. Confortamini et bellate. Pugnauerunt philistiim: et cesus est israel: et fugit vnusquisq̃ in tabernaculũ suũ. Lectio.ii.

℟ facta est plaga magna nimis: et ceciderũt de israel triginta milia peditũ. Et archa dei capta est. Duo quoq̃ filii heli moꝛtui sũt ofni et phinees. Currens autẽ vir de beniami ex acie: venit in silo in die illo: scissa veste: et pulparsus puluere caput. Tu. Lectio.iii.

QUnq̃ ille venisset heli sedebat sup sellã cõtra viã expectãs. Erat enim coꝛ eius pauẽs q̃ archa dei. Vir autẽ ille postq̃ ingressus est nũciauit vꝛbi: et vlulauit oĩs ciuitas. Lectio.iiii.

℟ audiuit heli sonitũ clamoꝛis: dixitq̃. Quis est hic sonitꝰ tumultus huiꝰ? At ille festinauit et venit: et nunciauit heli. Heli autẽ erat nonaginta et octo annoꝛũ: et oculi eiꝰ caligauerant: et videre nõ poterat. Tu aũt. Lectio.v.

℟ dixit ad heli. Ego sum qui veni de pꝛelio: et ego q̃ de acie fugi hodie. Cui ille ait. Quid actũ est fili mi? Respõdens autem qui nunciabat. Fugit inquit israel coꝛã philistiim et ruina magna facta est in

populo. Insuper et duo fi lii tui mortui sunt oẽi et phinees: et archa dei capta ẽst. Lectõ. vi.

Quãq; ille noiasset archã dei cecidit de sella retrorsũ iux ta hostiũ: ⁊ fracti ceruicib⁹ mortuus est. Senex enim erat vir et grandeu⁹: ⁊ ipse iudicauit israel quadraginta annis. Tulerũt aũt philistiim archã dei: et intulerunt eam in templũ dagon

¶ Dñica qua cantat ãn. Montes gelboe. Lectõ. i.

Philistiim aũt pugnabãt aduersũ israel: ⁊ fugerũt viri israel ãt faciẽ philistinoꝝ ⁊ ceciderũt interfecti i mõte gelboe. Irruerũtq; philistiim in saul ⁊ in filios eius: et p̃cusserũt ionathã et aminadab ⁊ melchisue filios saul. Totũq; põdus p̃lii versũ est in saul Et cõsecuti sunt eũ viri sagittarii: ⁊ vulnerat⁹ est vehemẽter a sagittariis. l. ii.

Dixitq; saul ad armigerũ suum Euagina gladiũ tuũ et p̃cute me: ne forte veniãt i circũcisi isti ⁊ interficiãt me illudẽtes mihi. Et noluit armiger ei⁹: fuerat enim nimio terrore p̃territ⁹. Lectõ. iii.

Arripuit itaq; saul gladiũ suũ: et irruit sup eum. Mõ cũ vidisset armiger ei⁹ videlicz q̃ mortu⁹ eẽt saul irruit etiã ipe sup gladium suũ et mortuus est cum eo Mortuus est ergo saul et tres filii eius: et armiger illius p̃ariter. Lectio arta.

Videntes aũt filii israẽl qui erãt trãs vallẽ et trans iordanẽ q̃ fugissent viri israelite: ⁊ q̃ mortuus esset saul ⁊ filii ei⁹: reliquerũt ciuitates suas et fugerũt. Veneruntq; philistiim: ⁊ habitauerunt ibi Lectõ. v.

Facta autẽ die alia venerũt philistiim vt expoliarẽt iterfectos: ⁊ inuenerũt saul et tres filios ei⁹ iacentes in monte gelboe. Et p̃ciderunt caput saul: et expoliauerũt eũ armis: et miserũt in terrã philistinoꝝ q̃ circuitũ: vt annũciarẽt in tẽplo idoloꝝ ⁊ in populis. Et posuerunt arma

eius in tēplo astharoth Corpus vero eius fulspēderūt in muro bethsan. Tu. L. vi.

QUod cū audissēt habitatores iabes galaad q̄cūq; fecerāt philistiim saul: surrexerūt viri fortissimi oēs et ābulauerūt tota nocte: ⁊ tulerūt cadauer saul: et cadavera filioꝝ eius de muro bethsan. Venerūtq; iabes: ⁊ cōbusserūt ea igni Et tulerūt ossa eoꝝ ⁊ sepelierūt in nemore iabes: ⁊ ieiunauerunt septē diebus.

Dñica qua cantatur ān Rex autē dauid. Lectio. i.

IGit̄ cōsiderato dauid populo suo: cōstituit sup eū tribunos ⁊ centuriones et dedit populi terciā partem sub manu ioab: et terciam sub manu abisai filii saruie fratris ioab: et terciam sub manu ethai qui erat de

EXcitq; rex geth. ſ. ti ad pl̄m suū. Egrediar ⁊ ego vobiscū. Et rñdit pl̄s. Nō exibis. Siue eni fugerim⁹: nō magnope ad eos de nobis pertinebit: siue medis pars cecidrit e nobis: nō sūt curabunt: qz tu vn⁹ p decē milib⁹ cōputaris. Melius ē igit̄ vt sis nobis in vrbe p̄sidio. Ad hæc rex ait Quod vobis rectū videt hoc faciā

SEdit ergo rex in. iii. iuxta portā. Egrediebant̄q; pl̄s p turmas suas centeni ⁊ milleni Et p̄cepit rex ioab ⁊ Abisai ⁊ ethai dicēs. Seruate michi puerū absalō. Et oīs pl̄s audiebat p̄cipiētē regē cūctis p̄ncipib⁹ p absalō. in. iiii.

EGressus est populus in cāpū cōtra isrl: ⁊ factū est p̄liū in saltu effrai: ⁊ cecidit ibi pl̄s isrl ab exercitu dauid Fctāq; est plaga magna in illa die: viginti

MIlia aūt miliū. in. v ibi p̄liū dispersū sup faciē oīs terre. Et multo plures erāt hi q̄s saltus cōsumpserat de populo: q̄m hi q̄s vorauerat gladius i illo die. Accidit aūt vt occurreret Absalon seruis dauid iscedēs mulo. Cūq; ingressus fuisset mulus subter cōdēsā quercū ⁊ magnā: adhesit caput eius querc̄ui: ⁊ illo suspēso iter

celū et terrā mul⁹ cui ilede
Erat pertrāsiuit L.vi
Idit aūt q̄lpiā ⁊ nun
ciauit ioab dicēs Vidi abla
lon pēdere de quercu. Tu
lit ergo ioab tres lāceas in
manu sua: ⁊ ifixit eas i cor
de ablalō Cūq; adhuc pal
pitaret herens i quercu: cu
currēt decē iuuenes armi
geri ioab: ⁊ pcutiētes iterfe
cerūt eū. Dixit aūt rex ad
chusi: Est ne pax puero Ab
salō? Cui rñdēs chusi Fiāt
inquit sicut puer iimici dñi
regis: ⁊ vniuersi q̄ surgūt
aduersū eū i malū Cōtrista
tus itaq; rex ascēdit cenacu
lum porte et fleuit: ⁊ sic loq̄
batur dicēs. Fili mi ablalō
ablalō fili mi. Quis mihi
tribuat vt ego moriar p te
ablalō fili mi fili mi ablalō
ꝛc. Hec hystoria addenda
est a Nathalēdis augusti vsq; ad
kalen. septēbris qñ de tpali
agatur. Sabbato. ad vs. ā
Vbi dictus. ps Ipm. eaēm
Vbi dict⁹ de⁹. ℣. Cyrū ce.
hy⁹. De⁹ creator. v Mesp
tina oro. In eua. ā Dis sa
pientia a dño deo est ⁊ cū illo
fuit semp et est ante enum.
ps. Mgt. In Sapia edifi.
cauit sibi domū excidit colū
nas septē subdidit sibi gen
tes supbor ⁊ sublimiū col.
la ppria vbute calcauit. ps
Mgt. ā Sapia clamitat in
plateis: si q̄s diligit sapiam
ad me declinet et eam inue
niet: et eā cū iuenerit btūs
est si tenuerit eā. ps Mgt.
An. Ego in altissimis hita
ui: et thronus meus i colū
na nubis. ps Mgt. Q̄n vl
tima oīca de hystoria cātat
dñicaliter: tūc i sabbato di
cat vltia ā sup psal. Mgt.
dum tamē i eadem hystoria
prius fuerit dictum dñicali
ter: alias dicatur prima. ā
Et sic fiat in aliis historiis
vsq; ad aduētum dñi. In
matu. inuit Regē regū do
minū: Venite adorem⁹. ps
Venite. hy⁹ Pcio die. In
primo noc. ān. Pro fidei. p
Btūs vir. ꝛc. v⁹. Memor

Parabole sui. L. i.
Salomonis filii dauid
regis isrl: ad sciendā sapiē
tiā et disciplinā ad intelligē
da verba prudētie: ⁊ suscipiē

dã eruditionẽ doctrine iu-
sticiã et iudiciũ et equitatẽ:
vt detur parvulis astutia:
adolescenti scia et intellect⁹
℟. In pncipio deus ãteq̃
terrã faceret pviaq̃ abyl-
sos q̃stitueret: pusq̃ pduce
ret fontes aq̃r: ante q̃ mõtes
collocarẽtur. Ante oẽs col-
les generauit me dñs. ℣.
Dñs pparabat celos ade-
rã cũ eo cuncta q̃ponẽs Ñ

Audiens ℣. Ego scia
sapiens sapiẽtio⁊ erit
⁊ intelligẽs gubernacula pos
sidebit. Inclinauit aurem meã
⁊ aperuit mihi latentia sapien
tie. ℟. Ego in altissimis habi
taui ⁊ thron⁹ meus in
colũna nubis. ℣. Superbo⁊.

Sapia foris predicat: i
plateis dat vocẽ suã:
in capite turbaꝝ clamitat:
in foribus portaꝝ vrbis pro

fert verba sua dicẽs. Vsq̃
quo parvuli diligitis infantia:
et stulti ea q̃ sibi sunt noxia
cupiunt: ⁊ iprudẽtes odiũt
sciam. ℟. Emitte dñe sapi
entiã de sede magnitudis
tue vt mecũ sit ⁊ mecũ labo
ret. Vt sciã q̃d acceptũ sit
coraꝫ te. Di tpe. ℣. Da mi-
chi dñe sediũ tuaꝝ assistri-
cẽ sapiaꝫ. Vt Gl'a. Di.
scibo no. ã Nature. Con
tritã. ℣. Media nocte.

Conuertimini ad
correctionẽ meã En⁹
ferã vobis spũs meũ: ⁊ osteñ
dã vba mea: q⁊ vocaui ⁊ re
nuistis: extẽdi manũ meã ⁊
nõ fuit q̃ aspiceret. Despe
xistis oẽ q̃siliũ meum: ⁊ ire
pationes meas neglexistis.
℟. Da michi dñe sediũ tu
arũ assistricẽ sapiẽtiã: ⁊ no
li me reprobare a pueris tu
is. Quoniã seruus tuus sũ
ego et filius ancille tue. ℣.
Domine pater ⁊ deus vite
mee ne dereliquas me i co-
gitatu maligno. Dñs seru⁹

Lectio quinta.

Ego quoq⁊ i interitu ve
stro ridebo: et subsannabo

sum vobis quod timebatis aduenerit: cū irruerit repē tina calamitas: et iteritus quasi tēpestas igruerit: quā do venerit sup vos tribulatio et āgustia. Tūc invocabunt me ⁊ nō exaudiā: mane ⁊ surgēt et non iuenient me: eo q̄ exosā habuerit disciplinā: et timorē dñi non susceperit: nec acquieuerit consilio meo et detraxerit p̄niterse correptioni mee. ℣. Dñe pater ⁊ deus vite mee ne dereliquas me i cogitatu maligno extollentiā oculorū meorū ne dederis michi: ⁊ desideriū malignū auerte a me: domie auer a me ⁊ cupiscētiā. Et aio irreuerenti ⁊ inkrunito ne tradas me dñe. ℟. Verbum iniquum ⁊ dolosum longe fac a me dñe diuitias et paupertates ne dederis michi Et.

QUomedēt Lcō vi. ergo fructū vite sue: stultiq̄ consiliis saturabuntur. Auersio puulorū iterficiet eos: et psperitas stulto eōs perdet illos. Qui autē me audierit: absq̄ terrore requiesceret: et abundantia pr̄ fruetur malorū timore sublato. ℣. Verbum iniquū ⁊ dolosum lōge fac a me dñe diuitias et paupertates ne dederis michi Sz tm victui meo tribue necessaria. ℟. Ne forte satiat⁹ euomā illud ⁊ piurem nomē dei mei Sed. Gla Sz. In iii. no. ān Spōsus. ps Celi enar. sc̄. ℟. Exaltare. ḡre ifra ervōnē. vii. Vem Initiū sapiētie timor dñi intellect⁹ bonus oib⁹ faciētib⁹ eū Laudatio ei⁹ manet i scām scī. ℣. Dispersit dedit pauperib⁹ Lau. viii. Pe. Sup salutē et oēm pulchritudinē dilexi sapiētiā: et ppposui p̄ luce habere illā. Venerūt mihi oīa bona pariter cū illa ℣. Dixi sapie soror mea es ⁊ prudētiā voca amicam meā. Venerūt. ir. Vem ō trinitate. ps Te deū. ℟. Excellus. In laud. ā. Regnauit. sc̄. vt i psalterio. Cap Benedictio. hy⁹. Jā nūc ps. ℣. Dñs re. Quere añam ⁊ oratione qui serie dñicar sequentib⁹ Ecclica. ii. L. i

AUdite filii disciplinã ꝑris ⁊ attẽdite vt sci
atis ꝓuidẽtiã. Donũ bonũ
tribuã vobis. Legẽ meã ne
dereliquatis Nã ⁊ ego fili⁹
cui ꝑris mei tenelli⁹: et vni-
genitus coꝝam mẽ mea: ⁊
docebat me atq; dicebat.
Suscipiat ⁊ba mea coꝛ tu
um: custodi ꝑcepta mea et
POsside vites. Li. ii
capiam: posside ꝓui-
dẽtiã: ne obliuiscaꝛ neq; de
clines a ⁊bis oꝛis mei. Ne
dimittas eã et custodiet te:
dilige eã ⁊ liberabit te. Pꝛĩ-
cipiũ sapiẽ posside sapiam
et i oi possessione tua acq̃re
Aꝓuidentiã. Lcõ. iii
EXtolle illã ⁊ exaltabit
te: glificaberis ab ea: cũ eã
fueris ãplexatus Dabit ca
piti tuo augmẽta gr̃ãꝝ: ⁊ co
rona iclyta ꝓtoteget te Au-
di fili mi: et suscipe verba
mea: vt multiplicẽtur tibi
anni vite. Lcõ quarta
VIam sapientie mon-
straui tibi: ducã te ꝑ
semitas eq̃tatis: quas cum
ingressus fueris non arta-
buntur gressus tui: et cur-
rens non habebis offendi-
culũ. Tene disciplinã ne di
mittas eam custodi illam:
ipsa est vita tua. Lcõ. v
NE dilecteris i semit
impioꝝũ: nec tibi pla
ceat maloꝝ via Justoꝝ aũt
semita quasi lux splẽdẽs ꝓ
cedit: ⁊ crescit vsq; ad ꝑfe
ctã diẽ Via ipioꝝ tenebro-
sa nesciũt vbi coꝛruãt. Fili
mi ausculta sermones me-
os: et ad eloq̃a mea inclina
aurem tuam Lcõ sexta
OMni custodia serua
coꝛ tuũ: qz ex ipo vita
ꝓcedit. Remoue a te os
ꝓauum ⁊ detrahẽtia labia
sint ꝓcul a te. Oculi tui re
cta videãt: et palpebꝛe tue
ꝓcedãt gressus tuos Diri
ge semitã pedibus tuis: et
oẽs vie tue stabilientur Ne
declines ad dexterã neq; ad
sinistrã auerte pedem tuũ a
malo. ℣ Dnica. iii. Li. i
FIli mi custodi sermo
nes meos: et ꝑcepta
mea recõde tibi Fili mi ho
noꝛa dñm ⁊ valebis: ꝓter
eũ vero non quesieris alie
nũ. Serua mãdata mea et

vives: ⁊ legē meā quasi pupillā oculi tui. Liga eā i digitis tuis: scribe illā i tabulis cordis tui. Tu aūt. l. iii.

Dic sapie sororī meae et prudētiā voca amicā tuā: vt custodiat te a muliere extranea ⁊ ab aliena q̄ verba sua dulcia facit. De fenestra enī domus mee p cancellos prospexit: et video paruulos. Considero vecordē iuuenē qui transit p plateas iuxta āgulū et prope viā domus illius gradit in obscuro aduespascēte die in noctis tenebris ⁊ caligie

Ecce mu lier occurrit illi in ornatu meretricio preparata ad capiendas animas: garrula ⁊ vaga quietis impatiens: nec valēs in domo pedibus suis fotis: nūc in plateis: nūc iuxta angulos insidians: apprehensū q̄ deosculat iuuenē ⁊ procaci vultu blandit dicēs Victimas p salute debui: hodie reddidi vota mea Id circo egressa sū in occursū tuū desiderās te videre et

Letō quarta.

reperi. Intexui funib⁹ lectū meū: straui tapetib⁹ pictis ex egypto allati cubile meū myrra et aloe: et cynamomo. Veni inebriemur vberibus ⁊ fruamur cupiti amplexibus: donec illucescat dies. Nō enī est vir i domo sua abiit via lōgissima Sacculū pecunie secū tulit i die plene lune reuersurus est domū suā. Irretiuit eū multis sermonibus ⁊ blādiciis labior⁹ protraxit illū. Le. v.

Statim eā sequit quasi bos ductus ad victimā: et quasi agn⁹ lasciuiēs et ignorās: ⁊ nescit q̄ ad vincula stulti⁹ trahatur donec trāsfigat sagitta iecur ei⁹: velut si auis festinet ad laqueū: et nescit q̄ de periculo aie illius agit. Nunc ergo fili audi me ⁊ attende verbis oris mei: ne abstrahat in viis illi⁹ mēs tua ne decipiaris semitis ei⁹. Le. vi.

Multos enim vulnerat os deiecit: ⁊ fortissimi q̄q̄ interfecti sūt ab ea. Vie inferi dom⁹ eius pene-

trantes in īferioꝛa moꝛtis. Nūquid non sapia clamitat ⁊ pꝛudētia dat vocē suā In cūmis excelsiſq; vertici bus supꝛa viā in mediis semitis stans iuxta poꝛtas ciuitatis in ipſis foꝛibus loquitur dicēs. O viri ad vos clamito ⁊ vox mea ad filios hominū. Intelligite paruuli astutiā: et insipiētes animaduertite Audite qm̄ de reb⁹ magnis locutura sū: ⁊ aperiet̄ labia mea: vt recta p̄dicent. Veritatē meditabitur gutt̄ meū et labia mea detestabunt impiū. Lectiones feriales in hyſtoꝛia. In pꝛincipio. Lectio ꝑma.

IUsti sunt oēs sermones mei: non est in eis pꝛauū quid neq; puerſum. Recti sunt intelligentibus et equi inuenientibus scientiā Accipite disciplinā meā et non pecuniā: doctrinam magis q̄ aurū eligite. L. ii.

Melioꝛ est enim sapiētia cūctis opibus p̄ciosiſsimis: et oīe deliderabile ei non potest ꝙparari. Ego sapia habito in ꝙsilio: ⁊ eruditis interſū cogitatiōibus Timoꝛ dñi odit malū: ⁊ arrogātiā et sup̄biā ⁊ viā pꝛauā: ⁊ os bilingue detestoꝛ.

Mecū est con Lec. iii.
siliū et equitas: mea est pꝛudentia: mea est foꝛtitudo: per me reges regnant: et legū ꝙditoꝛes iusta decernūt. Per me pꝛincipes imperāt: et potētes decernūt iusticiā Ego diligentes me diligo: ⁊ qui mane vigilauerint ad me inuenient me.

Dñica a kl'is septēbꝛis vsq; ad mediū eiusdē mensis Sabbato ad vesp̄.ān. Benedict⁹. p̄s Ipm. ꝛc cp̄m Benedictus deus. ℟. Antē q̄ comedā. Hy⁹. De⁹ creatoꝛ. ℣⁹. Velpting oco. In euāge.ān. Cū audiſſet iob nunciоꝛum verba sustinuit patienter et ait: si bona suscepimus de manu dñi: mala autē quare non suscipiamus: in oībus his nō peccauit iob labiis suis: neq; aliquid stultū contra deum locutus est. p̄s. Magnificat. ān. In oībus his non peccauit iob labiis suis: neq;

stultum quid contra deum locutus est. ℣s. Magt. Domacuti. Inuitatoz ū. Laudemus nomen dñi qm̃ suauis est In hymnis ℣ confitemini: illi qz ipe est dñs de⁹ nr̃. ℣s Venite exultem⁹ Hy⁹ ℣z imo dieꝝ. In ꝓmo nocturno ān. ℣zo fidei. ℣s. Vtūs vir. ꝛc. ℣ Mēoz fuit.

VIr erat in terra ꝟ.l. hus noie iob. Et erat vir ille simplex ⁊ rectus ac timēs deū ⁊ recedens a malo. Natiqz sunt ei septē filii: et tres filie. Et fuit possessio eius septē milia ouiū ⁊ tria milia cameloꝝ. Quingenta ꝗqz iuga boū et quingente asine: ac familia multa nimis Eratqz vir ille magnus inter oēs ozientales. ℟. Si bona suscepim⁹ de manu dñi: mala aūt quare non suscipiam⁹. Dñs dedit dñs abstulit: sicut dño placuit ita factū est: sit nomē dñi benedictū. ℣⁹. In omnibus his non peccauit iob labiis suis: neqz stultū quid contra deum locutus est. Dñs de. Lectio secunda

ET ibāt filii eius ⁊ faciebant cōuiuiū p domos vnusqsqz in die suo. Et mittētes vocabant tres sozores suas vt comederēt et biberent cū eis. Cūqz in ozbē transissent dies cōuiuii: mittebat ad eos iob et sanctificabat illos. Cōsurgens qz diluculo offerebat olocausta p singulos Dicebat enī. Ne forte peccauerint filii mei: ⁊ benedixerit deo in cozdib⁹ suis. Sic faciebat iob cunctis diebus. ℟ Anteꝙ comedā suspiro et tanꝙ mūdantis aque sic eugitus me⁹: qz timoz quē timebā euenit michi: et qō verebar accidit. Nōne dissimulaui nōne siluī et iam quieui: et venit sup me indignatio tua dñe. ℣⁹ Nolo multa foztitudine cōtēdas mecum: ne magnitudinis tue mole me ꝑmas equitatem ꝓponas contra me. Nonne. Lectio tercia.

QUadā aūt die cū venissent filii dei: vt assisterent cozā dño: affuit inter eos etiā sathā Cui dixit

dñs. Unde venis? Qui respondēs ait. Circuiui terrā & pambulaui eā. Dixitq dñs ad eū. Nūquid considerasti seruū meū iob q nō est similis ei in terra hō simplex & rectus ac timens deū & recedens a malo. Ry. Utinā appenderent peccata mea q̄bus irā merui Et calamitas quam patior in statera. Vl⁹. Quasi arena maris hec grauior appareret vñ et verba mea dolore sūt plena Et Glia. Et. In ti. noc. ān. Nature. p. Cōserua. ac. ℣. Media nocte.

REspōdit sathā .i. illi et ait. Nūq̄d frustra timet iob deum? Nōne tu vallasti eū ac domū eius vniuersāq̄ substantiā eius p circuitū. Opib⁹ manuū eius bñdixisti: & possessio eius creuit i terra. Sed extēde paululū manū tuā & tāge cūcta que possidet: nisi i tuo te bñ dixerit tibi. Ry. Quare detraxistis sermōibus veritatis ad increpādū verba cōponitis: & subuertere nitimini amicū vestrū. Verūtamen que cogitatis explete. ℣. Militia est vita hois sup terrā: & sicut dies mercēnarii dies eius. Verū. i. v

DIxit ergo dñs ad sathā. Ecce vniuersa q̄ habet in manu tua sūt: tātūm in eū ne extendas manū tuā. Egressusq̄ est sathā a facie dñi. Cū autez quadā die filii et filie iob comederent et biberent vinū in domo fratris sui primogeniti nūcius venit ad iob qui diceret. Boues arabant et asine pascebantur iuxta eos et irruerunt sabei: tulerūtq̄ omnia et pueros peusserunt gladio: & euasi ego solus vt nūciarē tibi. Ry. Induta est caro mea putredine et sordibus puluueris cutis mea aruit et contracta est. Memento mei dñe: q̄ ventus est vita mea. Vl⁹. Dies mei sicut vmbra declinauerūt: et ego sicut fenū aruiMemento. Lectio sexta.

QUinq̄ adhuc ille loq̄rebat: venit alter & dixit Ignis dei de celo cecidit et p̄tras oues pueros q̄ sūm

plit:et effugi ego solus vt nunciarē tibi Venit alius ⁊ dixit: Chaldei fecerūt tres turmas et inuaserunt cameles:et tulerunt eos: necnō et pueros p̄cusserūt gladio et effugi ego solus vt nunciarē tibi. Adhuc ille istrauit et dixit: Filiis tuis ⁊ filiabus vescentibus et bibentibus vinū i domū fratris tui p̄primogeniti:repēte vētus vehemens irruit a regione deserti:et percussit quattuor angulos domus: q̄ corruēs oppressit liberos tuos ⁊ mortui sūt et effugi ego sol⁹ vt nunciarē tibi. ℟ Memēto mei deus:q̄ vētus est vita mea Nec aspiciet me vllus hois. ℣ Si tacuero nō: quiescet dolor me⁹ et si locut⁹ fuero nō recedet a me Nec Gl̄a. Nec. In iii. noc. ān. Sp̄ōlus. p̄s Celi enarrāt. ⁊c. ℣ Exaltare dñe. ℟ Paucitas dierū meorū finietur breui dimitte me dñe ut plangā paululū doloreū. Anteū vadā ad terrā tenebrosam ⁊ opertā mortis caligine. ℣ Ecce i pulue re dormio et in puluere dormio:et si mane me quesieris nō subsistā Anteū. viii. ℟ Ne abscondas me dñe a facie tua manū tuam longe fac a me Et formido tua nō me terreat. ℣ Voca me et respōdebo tibi aut certe loquar et tu responde michi. Et for. ix. Ad trinitate. p̄ Te deum. ℣ Excels⁹. In laudibus. ān Regnauit. p̄s Dñs regn. ⁊c Dñica. ii.

HActum Lcō p̄ma. est aūt cū quadamdie venissent filii dei et starent coram dño venisset q̄q̄ sathā inter eos et staret i cōspectu eius vt diceret dñs ad sathā. Vñ venis? Qui rñdēs ait: Circuiui terrā et pambulaui eā. Et dixit dñs ad sathā. Nūquid cōsiderasti seruū meum iob q̄ non sit sicut ei i terra vir simplex ⁊ rect⁹ ⁊ timēs deū ac recedēs a malo: ⁊ adhuc retinēs innocentiā. Tu aūt cōmouisti me aduersus eū: vt affligerē eū frustra.

QVi rñdens sathan ait Pellē p̄ pelle:et cūcta

que habet hō dabit pro aīa
sua. Uliqn mitte manum
tuā: et tāge os eius ⁊ carnē
et tūc vidēbis q̄ i facie bñdi
cat tibi. Dixit ergo dñs ad
sathā Ecce i manu tua est.
Uerūtamē aiam illi⁹ serua

Grell⁹ igit sa
thā a facie dñi percussit
iob vlcere pessimo a plāta pe
dis vsq; ad verticē ei⁹: q̄ te
sta saniem radebat sedēs i
sterquilinio. Dixit autē illi
vxor sua Adhuc tu pmanes
in simplicitate tua. Bene-
dic deo et morere. Qui ait
ad illā. Quasi vna de stul-
tis mulierib⁹ locuta es Si
bona suscepimus de manu
dñi: mala aūt quare nō su-
stineamus In oīb⁹ his non
peccauit iob labiis suis.

Igitur audientes tres
amici iob: oē malū q̄ ad
ceciderat ei: venerūt ling
li de loco suo eliphaz thema
nites: et baldad suites: ⁊ so
phar naamathites Cōdixe
rāt enī sibi vt pariter venien-
tes visitarēt eū: ⁊ consola-
retur.

Cūq; eleuassent pro-
cul oculos suos non cog-
nouerunt eū. Et exclamātes
plorauerūt: scidit⁹q; vestib⁹
sparserūt pulueren sup ca
put suū i celū: ⁊ sederūt cū
eo in terra septē diebus et
septē noctibus: et nemo lo
quebatur ei verbū videbāt
enī dolorē esse vehemētem

Feria quarta. iiii. tēpor. L.i

Post hec aperuit iob os
suū et maledixit die
suo ⁊ dixit. Pereat dies in
qua natus sum: ⁊ nox i qua
dictū est Ceptus est homo.
Dies illa vertatur in tene-
bras: Non requirat eū de-
us desuper ⁊ non i recordā
tione sit: et non illustretur

lumine. L cō lectōe

Obscurēt eū tenebre
et vmbra mortis occupet eū
caligo: et suoluat amaritu-
dine. Noctē illā tenebros⁹
turbo possideat: nō ⁊putet
in diebz āni nec numeret i
mēsibus Sit nox illa solita
ria nec laude digna.

Maledicāt ei q̄ maledi-
cunt diei q̄ parati sūt
suscitare leuiathā Obtene
brētur stelle caligine ei⁹ Ex

pereat luce ⁊ nō videat. nec ortū surgentis aurore. Qz nō cōclusit hostia veteris q̄ portauit me ⁊ nec abstulit mala ab oculis meis ℭ Fe

Respon (ria vi. f. i.

Rdēs aūt eliphaz themanites dixit Si ceperim⁹ loq̄ tibi forsitā moleste accipies. Sed q̄ceptū sermonē tenere quis potest. Ecce docuisti plurimos ⁊ man⁹ lassas roborasti Vacillātes roborauerūt sermōes tui ⁊ genua tremētia q̄fortasti. f. ii

Vnc autē venit super te plaga et defecisti tetigit te ⁊ cōturbatus es. Vbi est timor tuus fortitudo tua patiētia tua ⁊ perfectio viaꝝ tuaꝝ. Recordare obsecro. Quis vnq̄ innocens periit aut q̄n deleti sūt recti. Quin potius vidi eos qui operant iniquitatē et semināt dolores ⁊ metūt eos flāte deo periisse et spū ire ei⁹ esse q̄suptos. Lec. iii.

Vagitus leonis ⁊ vox leene et dētes catuloꝝ leonum cōtriti sūt. Tigris perit eo q̄ nō haberet predā et catuli leonis dissipati sunt. Verbum ad me dictū est verbum absconditum et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurri ei⁹

℣ Sabbato. Lec. i.

In horrore visionis nocturne quando solet sopor occupare hoies pauor tenuit me et tremor ⁊ omnia ossa mea p̄territa sūt. Et cum spūs me p̄sente transiret ihorruerūt pili carnis mee. Stetit q̄dā cuius nō agnoscebā vultū imago coram oculis meis ⁊ vocē q̄si aure lenis audiui Numq̄d homo cōparatione dei iustificabitur. aut factore suo purior erit vir. Lectō. ii.

Ece q̄ seruiunt⁹ ei nō sunt stabiles ⁊ in āgelis suis reperit p̄uitatē. Quā tomagis hi qui habitāt domos lateas q̄ terrenum habent fūdamentū cōsument velut a tinea: De mane vsq̄ ad vesperā succidētur ⁊ q̄ nullus intelligit in eternum peribunt. Lectō iii

Si aūt reliqui fuerint auferentur. ex eis mo

ii.

rientur ⁊ non in sapientia. Voca ergo si ē q̄ tibi respō deat ⁊ ad aliquē sctōz conuertere. Virū stultū iterfi cit iracūdia ⁊ parvulū occi dit iuidia. Ego vidi stultū firma radice ⁊ maledixi pul chritudini eius statim.

¶ A medio septēbris. Do minica.tii.sabbō ad vs.ℓ. Bñdictus ꝑ. Jpm.xp̄m.cp̄. Bñdictus deus ℟ Omi tpe.hymnus. Deus creatoz.ō. Vespertina oratio. Jti euangel.ā. Ingressus raphael archāgelus ad thobiā salutauit eū dicens gaudiū tibi sēper sit cui thobias ait. quale gaudiū michi erit qui i tenebris sedeo et lumen celi nō video cui angelus ait fortī aio esto i proximo est vt a deo cureris.

℣s. Magt Ad matu. iuncta. Laudemus nomen ꝑ. Venite exult. Primo dierum Jn.i.noc.ān. Pro fidei. Beatus vir. Memor

¶ Thobias ex tribu ⁊ ciuitate nepthalim que est in superioribus galilee supra naalon post viā que ducit ad occidentē i sinistro habens ciuitatem sophet. Cum captus esset i diebus salmanasar regis assyriorum in captiuitate tamē positus viam veritatis non deseruit: ita vt omnia que habere poterat quotidie concaptiuis fratribus qui erant ex suo genere impartiret. ℣. Peto domine vt de vinculo inproperii huius absoluas me aut certe desup terrā eripias me ℟ Ne reminiscaris delicta mea vel parentum meorū neq; vindictam sumas de pctis meis quia eruis sustinentes te dñe ℣. Dia iudicia tua iusta sunt ⁊ omēs vie tue misericordia tua domine memento mei. ℟ Eccl.xli

¶ Deniq; cū irent oēs ad vitulos aureos quos ieroboam fecerat rex israel: hic solus fugiebat cōsortia olim ⁊ pergebat ad hierusalē ad templū dñi et ibi adorabat dñm deum israel. Omnia primitiua sua ⁊ decimas suas fideliter offerēs: ita vt tercio āno plenitis ⁊ adue-

nis ministraret ōem decima
tionem. m. Omni tem=
pore benedic deum et pete
ab eo vt vias tuas dirigat.
Et omni tempore consilia
tua i ipo ymaneāt. Me
mor esto fili qm pauperem
vitā gerim⁹ habebis multa
bona si timueris deum. Et.

Hec et his similia
scōm legē dei puerū=
lus obseruabat. Cū vo ta=
ctus fuisset vir: accepit vxo
rē annā de tribu sua: genu
itq; ex ea filiū: nomē suum
imponēs ei: quē ab infātia
timere deū docuit ⁊ absti ne
re ab oi ptō ℟. Memor
esto fili qm pauperē vitam
gerim⁹. Habebis multa bo
na si timueris deū. Fi=
ducia magna erit cozā sum
mo deo elemosina oibus fa
cientibus eam ℣n. ii. noc.
ān.: Naturep⁹. Conserua
re. ō Media nocte ℣. iiii.

Igitur cū per captiui=
tatem deuenisset cum
vxore sua ⁊ filio in ciuitatē
niniuem cū omni tribu sua
et omnes ederent ex cibis
gentiliū: ille custodiuit ani
mam suam: ⁊ nunq; conta=
minatus est in escis cozum
ℓ. Sufficiebat nobis pau
pertas nostra vt diuitias cō
putaremus nunq; fuisset pe
cunia ista pro qua misisti fi
lium nostrum. Baculum se
nectutis nostre ō. Heu me
fili mi vt quid te misimus
peregrinari lumen oculoz
nostrozum. Baculum. ℣.

Et quoniam memor
fuit domini i toto coz
de suo: dedit illi deus gra=
tiam in conspectu salmana
sar regis: ⁊ dedit ei potesta
tem quocunq; vellet ire: ha
bens libertatem quecunq;
facere voluisset. Pergebat
enim per omnes qui erant
in captiuitate. ⁊ monita sa=
lutis dabat eis. ℣m. Be=
nedicite deum celi et cozam
omnibus viuentibus confi
temini ei. Quia fecit no=
biscum misericozdiam suā.
ō. Tempus est vt reuer=
tar ad eū qui me misit: vos
autem benedicite deum.
Quia fecit. Lectio sexta.

Cum aūt venisset i ra
ges ciuitatē medoz:

et ex eis quib⁹ honozatus fuerat a rege habuisset decē talēta argēti: ⁊ cū in multa turba generis sui gabelū egentē videret q̄ erat ex tribu eius: sub cyragropho dedit illi memoratū pōdus argenti. ℣. Tēpus est vt reuertar ad eū qui me misit: vos autē bñdicite deū. Et enarrate oīa mirabilia ei⁹ ℟. Bñdicite deū celi ⁊ cozā oibus viuētibus cōfitemini ei. Et. Glia patri. Et. In iii. noc. ān Spōsus. Le ctō narrāt. vii. ℣. Tribulatiōes ciuitatū audiuim⁹ quas passe sunt ⁊ defecim⁹ timoz et hebetudo mēti cecidit sup nos ⁊ sup liberos nostros ipsi mōtes nolūt recipere fugā nostrā. Domine miserē. ℟. Peccauimus cū patrib⁹ nr̄is iniuste egimus iniq̄tatē fecim⁹. Dñe. viii. ℣. Nos aliū deum nescim⁹ p̄ter dñm in q̄ speram⁹ Qui nō despiciet nos nec amouet salutē suā a genere nō. ℟. Indulgētiam eius fusis lachzymis postulimus ⁊ hūiliemus illi aias nras. Qui nō. Rem. de trinitate. Gs. Te deuz. Excelsus sup. In laud. an Regnauit. Dñs regnauit. ℣. Ite lectōes feriales

POst multū vo tp̄is moztuus salmanasar rege cū regnaret sennacherib filius eius p eo: et filios israel exosos haberet in cōspectu suo thobias q̄tdiu pergebat per omnē cognationē suā: ⁊ consolabat eos diuidebat q̄ vnicuiq̄ pzout poterat de facultatib⁹ suis Esurientes alebat nudis q̄ vestimenta pzebebat: ⁊ mortuis atq̄ occisis sepulturā solicit⁹ exhibebat. Lcō ii.

DEniq̄ cū reuersus esset rex sennacherib fugiens a iudea plagā: quā in ca eū deus fecerat ppt blasphemiā suā et trat⁹ multos occideret de filiis isrl: thobias sepeliebat cozpora eoz̄. At vbi nūciatū ē regi: iussit eū occidi: et tulit oēm substantiam eius. Lcō iii.

THobias vero cū filio suo et cū vxoze fugiens: nudus latuit: q̄ multi

bligebant eū. Post dies vo quadraginta duos: occidet runt regē filii ipsius. Reuer sus ē thobias ad domū suā sibi facultas ei⁹ restituta est ei. Ite lectōnes feriales

POst hec vero Lec. i. cū esset dies festus domini et factū esset pādium bonū in domo thobie: dixit filio suo. Vade et adduc aliquos de tribu nēa timētes deum vt epulenē nobiscum Cūq abisset reuersus nunciauit vnū ex filiis israel iugulatū iacere i platea Statimq exiliens de accubitu suo: relinquens pandiū ieiunus peruenit ad corpus tollensq illud portauit i domū suā occulte: vt dum sol occubuisset caute sepeliret

AUmq occultasset (eū. L. ii corpus manducauit panē cū luctu. et tremore memorās illū sermonē quē dixit dñs p amos pphetā. Dies festi vestri conuertent in lamētationē. luctū. Cū vo occubuisset sol abiit. et sepeliuit eū. L. iii

AEbant autē illum omnes proximi sui dicētes Jā hui⁹ rei causa interfici iussus es. vix effugisti mortis iperium: et iterū sepelis mortuos. Sed thobias pl⁹ timens deū q̄ regem rapiebat corpora occisoq. et occultabat in domo sua. et mediis noctibus sepeliebat ea. Ite

Alectōes feriales. L. i.

ONtigit aūt vt quadam die fatigat⁹ a sepultura veniens domū: iactasset se iuxta parietē. et obdormisset: ex nido hyrundinū dormienti illi calida stercora incideret sup oculos eius: fieretq cec⁹. Hanc autē tētationē ideo permisit de⁹ euenire illi: vt posteri⁹ daretur exemplū patientie ei⁹ sicut

Et sancti iob. Lcō .ii.

DAm cū ab infāti a suis semp deū timuerit. et mādata ei⁹ custodierit: nō est contristatus cōtra deū q̄ plaga cecitatis euenerit ei: sed immobilis in dei timore pmāsit agens gratias deo oibus

Diebꝰ vite sue. L. iii.

DAm sicut irato iob insultabant reges: ita illi pa-

rentes et cognati eius irridebant vitam eius dicẽtes Ubi est spes tua ꝑ qua elemosinas & sepulturas faciebas? Thobias vero increpabat eos dicens. Nolite ita loqui quoniã filii sanctoꝝ sumus: & vitã illam expectamus quã daturus est his qꝫ fidem suam nunq̃ mutant ab eo. ¶ Dñica quarta septẽbris. Sabbato ad vesp. ãn. Benedict⁹ do. ꝑ Jp̃m Caputiu Benedictus dñs Hic nõ dicit Hym. quia filia historia ꝓpets domine q̃ si ꝓpria habentur. Hymn⁹ Deꝰ creatoꝝ. ℟ Vespertina oratio. In euange. ania Adonay domine deus magne et mirabilis: qui dedisti salutem i manu femine exaudi preces seruoꝝ tuoꝝ ps. Magnificat. Ad matutinas inuitato. Laudemus nomen. Venite exultemus. Hymn⁹. Primo die. ℟. In ꝑmo nocte ãn. Pro fidei. ps. Beatus vir q. ꝛc. ℟. Memoꝝ fui. Leo prima

ANno igit̃ duodecimo regni sui: nabuchodonoſoꝝ rex assyrioꝝm qui regnabat in ninive ciuitate magna: pugnauit cõtra arphaxat regẽ medoꝝ: et obtinuit eũ et coꝝ eius eleuatum est: et vocauit holofernez ꝓncipẽ militie sue dixitq̃ cogitationem suam in eo esse vt omnẽ terram suo subiugaret imperio. ℣ Adonai dñe deus magne et mirabilis qui dedisti salutẽ in manu femine. Exaudi ꝓces seruoꝝ tuoꝝ. ℟. Benedictus es domine qui nõ derelinquis ꝓsumẽtes de te et de sua virtute gloriantes humilias. Exaudi. Leo. ii.

TUnc holofernes ꝓparans se tulit aurũ de domo regis multum: et ꝓfect⁹ est tam ipse q̃ omnis exercitus qui cooꝛtuerunt faciem terre sicut locuste. Audientes hec filii israel timuerunt valde et congregati sunt omnes ad oziam: dixerunt. Tradamus nos sponte in man⁹ holofernis Melius est enim vt capti benedicamus domino viuẽtes: q̃ moriamur & sim⁹ ob-

probziũ oi carni. ℟. Tribulationes. vt supza in pzecedenti hystoria. Lectio iii

Elyodit ozias Quo animo estote fratres et hos quinq dies expectemus misericozdiã a domio Si autem tranlactis quinq diebus non venerit nobis adiutoziuz: faciemus q dixistis Audiens her iudith vidua: misit ad pzesbyteros et dixit eis. Dicamus flentes domino vt secundũ voluntatem suaz sic faciat nobiscum misericozdiã suam: ℣ ozate vt firmum faciat consilium meũ dominus ℟. Bñdixit te dñs i virtute sua q per te ad nichilũ redegit inimicos nostros. Ut non deficiat laus tua de ozehominũ. ℣. Bñdictus dominus qui creauit celum et terrã quia hodie nomẽ tuũ ita magnificauit. Ut Lectio iii

Unc iudith ozans dominũ trãsiuit poztas spã ℣ abza ei9 ℣ occurrerũt ei exploratozes assyziozum et duxerũt eã ad tabernaculũ holofernis. ℣ statimq captus est i oculis suis holofernes: bibitq vinũ multum nimis vna die quantum nunq9 biberat in vita sua. Ut aũt sero factũ est festinauerũt serui ei9 ad hospitia sua. Erant autem oñs fatigati a vino: eratq Judith sola in cubiculo. Pozro holofernes iacebat in lecto nimia ebzietate sopitus. ℟. Nos alium deũ vt supza. Lectio v.

Stetit autẽ iudith ãte lectũ holofernis ozãs et lachzymis: ℣ ozatiõe facta accessit ad columnã que erat ad caput lecti ei9: ℣ pugionẽ eius qui in ea ligat9 pẽdebat exoluit: ℣ appzehẽdit comã capitis eius ℣ percussit bis i ceruicẽ ei9 ℣ abscidit caput ei9. Et exizerũt due ãcli ad ozationẽ: ℣ trãseũtes castra venerũt ad poztã ciuitatis: ℣ dixit iudith a lõge custodibus murozum. Aperite poztas quoniã nobiscũ est deus: qui fecit virtutẽ i israel. ℟. Dominator dñe celoz ℣ terre creator a quarum rex vniuersa crea

ture. Exaudi oratione ſeruoꝝ tuoꝝ. ℣. Tu domine cui humiliū ſēp ⁊ mālue tor placuit deprecatio. Exaudi oratione ſer. Lectō. vi

Cum audiſſēt viri ciuitatis vocē iudith: accēdētes luīaria venerūt ad illā vniuerſi. Et ꝓferēs de pera ſua caput holofernis: oſtēdit illis dicēs. Ecce caput holofernis principis militie aſſyrioꝝ. Tūc oīs ꝑ pulus adorantes dñm dixerunt ad eam. Benedixit te dñs in virtute ſua qꝝ per te ad nichilū redegit inimicos nr̄os. Porro ozias ꝓceps ꝑpuli iſrael dixit ad eā. B̄ſi dicta es tu filia a dño deo excelſo: ꝓe oīb⁹ mulierib⁹ ſuper terrā. Et dixit omis populus: fiat fiat. ℟. Dñe deus q̄ cōteris bella ab initio eleua brachium tuū ſup gentes q̄ cogitant ſeruis tuis mala. Et dextera tua glorificet⁊ nobis. ℣. Allide virtutē illoꝝ: in virtute tua cadat virtus eoꝝ in iracūdia tua. Et dextra tua. Gloria ꝑri. Et dextera. vti. ℟. Laudate dñm deū noſtrū Qui nō deſeruit ſperantes in ſe: ⁊ in me adimpleuit miſericordiā ſuam quā ꝓmiſit domui iſrael. ℣. Laudate dñm oēs gentes. Quoniam vii. Rium. Dñe rex oīpotens in ditione tua cuncta ſunt poſita: ⁊ non eſt q̄ poſſit reſiſtere voluntati tue. Libera nos ꝓpter nomen tuū. ℣. Exaudi oratiōnē noſtrā ⁊ cōuerte luctum nr̄m in gaudiū. Libe. r. Rium de trinitate. ps. Te deum ℣. Excelſus. In laudibus ā. Regnauit. Dñs regnauit. ꝛc. Dñica a kls octobris vſq; ad kl̄as nouēbris. Sabbō ad vs. ā. Benedictus. ps. Ꝝpm. Cōpm Bñdictus deus. ℟. Exaudiat dñs. Ꝝpm. Deus creator. ℣. Veſpertina. In cruce. ān. Da pacē dñe in diebus nr̄is: qꝝ nō eſt alius qui pugnet ꝓ nobis niſi tu deus noſter. ps. Mgt. ī. Adaperiat dñs cor veſtrū ī lege ſua et in ꝓceptis ſuis: ⁊ faciat pacē. ps. Mgt ī. ℟. Tua eſt potētia tuū re-

gnū dñe in es luy oēs gentes da pacē dñe i diebꝰ nris alliā. ℣. Mag. ℟. Exaudiat dñs oꝛōnes vras: ⁊ reconciliet vobis: nec vos deserat in tpe malo dñs deꝰ vester alliā. ℣. Mag. Ad matu. in nimto. Adapiat dñs coꝛ vestrū i lege sua et i pceptis suis: ⁊ faciat pacē. Veni te. hym. Pꝛimo dierum. In i. noc. a. Pꝛo fidei. ps Bt̄us vir ⁊c. ℣. Meōꝛ sui

℟ Tfactū ē postq̄ peussit alexander philippi macedo q̄ pꝛimꝰ regnauit i grecia: egressus de tra cethim peussit darīū regez plax ⁊ medoꝝ cōstituit pꝛelia mlta ⁊ olim obtinuit munitiones: ⁊ interfecit reges terre et pertransiit vsq̄ ad fines terre: ⁊ accepit spolia mlutitudinis gētiū ⁊ siluit terra in conspectu eius. ℟ Adapiat dñs coꝛ vrm in lege sua ⁊ i pceptis suis: ⁊ faciat pacē i diebus vr̄is. Lō cedat vobis salutem ⁊ redimat vos a malis. ℣. Exaudiat dñs oꝛationes vestras et reconciliet vobis: nec vos deserat in tpoꝛe malo Lō cedat.

℟ Tcōgregauit virtutē ⁊ exercitū foꝛtē nimis et exaltatus est: ⁊ eleuatū est coꝛ eiꝰ ⁊ obtinuit regiones gentiū ⁊ tyꝛānos ⁊ facti sūt illi i tributum. Et post hec decidit in lectū: ⁊ cognouit q̄ mozeret: ⁊ vocauit pueros suos nobiles q̄ erant se cū nutriti a iuuētute sua: ⁊ diuisit illi regnū suū cū adhuc viueret. ℟ Exaudiat dñs oꝛōnes vestras ⁊ recōciliet vobis: net vos deserat in tpe malo. Dñs deus vester. ℣. Adapiat dñs coꝛ vr̄m i lege sua ⁊ i pceptis suis ⁊ faciat pacē Dñs.

℟ Tregnauit a lexādeꝛ annis duodeci ⁊ moꝛtuus est. Et obtinuerūt pueri eiꝰ regnū vnusquisq̄ i loco suo: ⁊ imposuerūt sibi oēs diademata post moꝛtē eius et filii eoꝝ post eos ānis multis: ⁊ multiplicata sunt mala in terra. ℟. Tua est potentia tuum regnum domine tu es super oēs gentes. Da pacem dñe in die-

bus nostris. ℟. Creator omnium deus terribilis & fortis iustus & misericors. Da pacem Glia Ds pacē. Lcō. tpis

Et exiit ex eis radix peccati anthiochus illustris filius antiochi regis qui fuerat rome obses & regnauit i anno centesimo tricesimo & septimo regni grecorum. In diebus illis exierūt ex israel filii iniqui & suaserunt multis dicentes Eamus et disponamus testamentum i gentibus que circa nos sunt quia ex quo recessimus ab eis inuenerunt nos multa mala. ℟. Refulsit sol in clipeos aureos. et resplenduerunt montes ab eis. Et fortitudo gentium dissipata est. ℣. Erat enim exercitus magnus valde & fortis. et apprepiquauit iudas & exercitus eius i prelium. Et fortitudo. Lcō. v

Et bonus visus est sermo in oculis eorū. Et destinauerunt aliqui de populo et abierūt ad regem & dedit illis potestatē vt facerent iusticias gentium. Et edificauerunt gymnasiū in hierosolimis secūdū leges nationū & fecerunt sibi preputia & recesserūt a testamēto sancto & iuncti sunt nationibus et venūdati sunt vt facerent malum. ℟. Imperū inimicorū ne timueritis meōres estote quomodo salui facti sunt patres nri. Et nunc clamemus in celum & miserebitur nostri deus noster. ℣. Memētote mirabiliū eius que fecit pharaoni et exercitui eius in mari rubro. Et. Lcō. vi.

Et vsperatū est regnū in aspectu regis antiochi et cepit regnare i terra egypti vt regnaret sup duo regna Et iterauit rex i egyptū in multitudie graui i curribꝰ et elephātibus & equitibꝰ & copiosa nauium multitudine Et cōstituit bellū aduersus ptholemeum regē egypti & veritꝰ est ptholomeꝰ a facie eius & fugit. et ceciderūt vulnerati multi. ℟. Dmnauerunt faciem templi corone aureis & dedicauerunt altare duo. Et facta ē letitia

magna i ꝓlo. ℣. In hymnis ⁊ ꝯfessionib⁹ bñdicebāt dñm. Et. Gla. Et. vii. ℟. In hymnis ⁊ cōfessionib⁹ bñdicebant dñm. Qui magna fecit in israel: ⁊ victoriā dedit illis dñs ops. ℣. Ornauerūt faciē tēpli coronis aureis: ⁊ dedicauerūt altare dño Qui. viii. Ym Cōgregati sunt inimici nostri et gloriant⁹ in virtute sua: contere fortitudinē illoꝝ dñe: ⁊ disperge illos. Ut cognoscant qz nō est alius qui pugnet ꝓ nobis nisi tu deꝰ noster. ℣. Disperge illos i virtute tua: et destrue eos ꝓtector noster dñe. Ut cognoscāt. ix. Ym de trinitate. ps. Te deū laudam⁹ v Excelsus. In iud. ān. Regnauit. ps. Dñs regn. ⁊c. vt in psalterio. ¶ Dominica scda. ad cō. i.

IN diebus illis surrexit matathias filius iohannis filii symeonis sacerdos ex filiis ioarim ab hierusalem: et cōsedit in mōte modin Et habebat filios qnq; iohannē qui cognominabat gaddis: ⁊ symeonem qui cognominabat thasi: ⁊ iudā q̄ cognominabat machabeus et eleazarum qui cognominabat abaron: ⁊ ionathā q̄ cognominabat apphus Et viderūt mala q̄ fiebāt i populo iuda ⁊ hierusalē. ℒ.ii

ET dixit Matathias: Ve michi. Ut q̄d natus sum videre cōtritionē populi mei: et cōtritionē ciuitatis sancte: ⁊ sedere illic cum datur in manꝰ inimicorum. Sancta in manu extraneorum facta sunt: templum eius sicut homo ignobilis: vasa gloriē eius captiua abducta sunt. Lectio

VRucidati sūt (ercia senes eius in plateis et iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. Que gens non hereditauit regnum eius: et non obtinuit ꝑpolia eius. Omnis compositio eius ablata est. Que erat libera: facta est ancilla Et ecce sancta nostra ⁊ pulchritudo nra et claritas nostra desolata est: et coinquinauerūt eam gētes. Quid

ergo nobis adhuc viuere.

ET scidit mata (f.xiiii
thias et filii eius vesti
menta sua: et operuerũt se ci
liciis: et planxerũt valde: et
conuenerunt illuc qui missi
erant a rege antiocho vt co
gerent eos qui confugerãt
in ciuitatẽ modin imolare: et
thura incẽdere: et a lege dei
sui discedere. Et multi de
plo israel consentiẽtes ac=
cesserũt ad eos. Sed mata
thias: et filii eius cõstãter se
terunt. Lectio.quinta

ET respondẽtes ꝙ mis
si erant ab ãtiocho dixerũt
matathie. Princeps: cla=
rissimus et magnus es in ci
uitate hac: et ornatus filiis
et fratribus. Ergo accede
prior et fac iussum regis si=
cut fecerũt oẽs gentes: et vi
ri iuda: et qui remãserunt i
hierusalem: et eris tu: et filii
tui iter amicos regis: et am
plificatus argẽto: et auro: et
munerib9 multis. Lectio vi.

ET respõdit matathi=
as: et dixit magna vo
ce Et si omnes gentes regi
antiocho obediut: vt discẽ=
dant vnusquisq; a seruitu=
te legis patrũ suorũ: et cõsen
tiant mandatis eius: ego et
filii mei: et fratres mei obe=
diemus legi patrũ nostrorũ
Propicius nobis sit deus.
Non est nobis vtile relinq̃
re legem et iustitias dei.

Dñica.tercia Lectio prima

NOn audiemus verba
regis antiochi: nec sa
crificabimus trãsgrediẽtes
legis nre mãdata: vt eam9
altera vig. Et vt cessauit lo
qui verba hec: accessit ꝙdã
iudeus in omniũ oculis sa
crificare idolis super aram
in ciuitate modin. secundũ
iussum regis. Lectio secũda.

ET vidit matathias: et
doluit: et cõtremuerũt
renes eius Et accensus est
furor eius scdm iudiciũ le=
gis: et insiliens trucidauit
eũ super arã. Sed: viruz
quẽ miserat rex antiochus
qui cogebat immolare occi
dit in ipso tempore: et aram
destruxit. Et zelatus est le
gẽ sicut fecit phinees zamri
filio salomi. Lectio
ET exclamauit Ma=

rathias in ciuitate voce ma
gna dicens. Dis q̄ zelū ha=
bet legis statuens testamē=
tum exeat post mē. Et fu=
git ipse et filii eius in mon=
tes: ⁊ reliquerūt quecunq;
hēbāt iciuitate Tu. ℣. iiii

TUnc congregata est
ad eos synagoga iu=
deoꝝ fortis viribus ex isrl
omis voluptarius in lege.
Et oēs qui fugiebāt a ma=
lis: additi sunt ad eos: et fa
cti sunt illis ad firmamētū

ET college(Tu. ℣ v
rūt exercitū ⁊ percus
serūt peccatores in ira sua:
et viros iniquos in indigna
tione sua. Et ceteri fugerūt
ad nationes vt euaderent.
Et circuiuit matathias et
amici eius: ⁊ destruxerunt
aras. ℣ Lectio sexta.

ET circumciderūt pue
ros incircūcisos quotquot
inuenerūt in finibus israel
in fortitudine: et persecuti
sunt filios superbie. Et pro
speratum est opus in manu
eoꝝ. Et obtinuerūt legē de
manibus gentiū: ⁊ de mani
bus regū ⁊ nō dederūt cor=
nu peccatori. ℣ Dominica
quarta. ℣ Lectio prima

ET iudas machabeus
⁊ ionathas frater eius trā
sierunt iordanē: ⁊ abierunt
viā triū dieꝝ p deserturn.
Et occurrerūt eis nabuthei
et susceperunt eos pacifice
et narrauerunt eis oīa que
acciderant fratribꝰ eoꝝ in
galadithide: ⁊ qz multi ex
eis cōprehensi sunt in ba=
thara et bosor ⁊ in valimis
et incassor ⁊ mageth ⁊ char
naim. ℣ Lectio secūda.

HEc sunt ciuitates oēs
munite et magne: sed in ce
teris ciuitatibus galadithi
dis tenerī comprehēsi. Et
in crastinum ꝓstituerūt ad
monere exercitū ciuitatibꝰ
his ⁊ cōprehēdere ⁊ tollere
eos in vna die. Et conuer=
tit iudas ⁊ exercitus eiꝰ viā
in desertum bosor repente:
et occupauit ciuitatem ⁊ oc
cidit omnem masculinū in
ore gladii. ℣ Lectio. iii.

ET accepit oīa spolia
eoꝝ et succēdit eā igni. Et
surrexerunt inde nocte: et
ibant vsq; ad munitionem

Et factū est diluculo cū le-
uassent oculos suos ecce po
pulus multꝰ cuius nō erat
numerꝰ: portantes scalas
et machinas vt comprehen
derent munitiones ⁊ expu-
gnarēt eos. Lectio quarta

Et vidit iudas quia ce
pit bellū: ⁊ clamor bel
li ascendit ad celum sicut tu
ba: et clamor magnus de ci
uitate: ⁊ exercitui suo dixit
Pugnate hodie p fratribꝰ
vestris. Et venit tribꝰ ordi
nibus post eos: et exclama-
uerunt tubis: et clamauerūt
in oratiōe. Lectio. v.

Et cognouerūt castra
timothei: quia machabeus
est et refugerūt a facie eius
et percussi sūt plaga magna
et ceciderūt ex eis in illa die
fere octo milia virorꝫ. vi.

Et diuertit iudas in
malpha: et expugna-
uit et cepit eā: ⁊ occidit om
nem masculinū eius ⁊ sum-
psit spolia eius: ⁊ succendit
eā igni. Inde perrexit ⁊ ce
pit casbon ⁊ mage ⁊ bosor:
et reliquas ciuitates galadi
thidis. vi. Notādū

q scōm antiquā cōsuetudi-
nem ecclesie Eborace. vltima die qua cātat hystoria
Adaperiat videlz i vigilia
apl'oꝝ symonis ⁊ iudr: siue
in feria festialiter: siue i dñica dñicaliter legēt de septē
pueris cū matre martyrizā-
tis: et cantat .iii. Nem. in fe-
ria: vel .vi. in dominica. D
constantia martyrum. Et
in dominica diuidetur legē-
da in .vi. lectiones: in feria
in tres. Lectio prima.

Ontigit aūt ⁊ septē
fratres vna cū matre
apprehensos compelli a re-
ge cōtingere contra fas car-
nes porcines flagris et tau
reis cruciatos. Vnus an-
tem ex illis qui erat primus
sic ait. Quid ꝫris: et quid
vis discere a nobis. Para-
ti sumus mori magis q̄ pa-
trias dei leges preuaricari.

Irat⁹ itaq; rex iussit car-
tagines et collas eneas fue-
cendi. Quibus statim fue-
censis iussit ei qui prius fue
rat locutus amputare lin-
guam: et cute capitis abstra-
cta: cumas quoq; manꝰ ei ⁊

pedes pręcidi ceteris eius fratribus et matre inſpiciē tibus ꝙ torreri i ſartagine.

Dctuo itaq; (lec.ii

Mallo pzimo: hoc modo lequentē ducebāt ad illudē dum: ꝙ cute capitis eius cū capillis detracta iterroga= bant ſi manducaret pziuſq; toto coꝛpe q mēbꝛa ſingula puniretur. At ille rñdens patria voce dixit. Non faci am. Pꝛopter quod ꝙ ille ſe quenti loco pzimi toꝛmēta ſuſcepit. Q oſt hunc tercī illudebatur: ꝙ linguā poſtu latus cito ꝓtulit ꝙ manꝰ cō ſtāter extendit ꝙ cū fiducia ait. E celo iſta poſſideo: ſed ꝓpt dei leges nūc hec ipa de ſpicio qm ab ipo me ea rece pturū ſpero In his aūt rex et ꝙ cū ipſo erant mirabant adoleſcētis animū: q tanꝙ nichilū duceret cruciat? Et hoc ita defuncto: quartū ſi militer vexabant toꝛquen= tes. Et cum iā eſſet ad moꝛ tē ſic ait: Potius eſt ab ho= minibus moꝛti datos ſpem expectare a deo: iterum ab eo reſuſcitando: tibi enim reſurrectio ad vitam noue= rit.

Lectio .iii.

Cum admoniſſēt quintum vexabant e= um. At ille reſpiciens in eū dixit: Poteſtatem habens inter homines facis quod vis. Noli putare genus no ſtrum a deo eſſe derelictum Patienter ſuſtine: et vide= bis qualiter te ꝙ ſemen tuū toꝛquebit. Poſt hunc dedu cebant ꝙ ſextum ꝙ his moꝛi incipiens ſic ait. Nos pꝛo= pter noſmetipſos hec pati= mur peccantes i deum no= ſtrum Antiochus autem contemni ſe arbitrans cum adhuc adoleſcentioꝛ ſupeſ= ſet: non ſolum verbis hoꝛ= tabatur: ſed iuramento af= firmabat ſe diuitem ꝙ bea= tum facturum. et vocauit matrē ꝙ ſuadebat ei vt ado leſcenti fieret i ſalutē Que ait ad filium ſuum. Fili mi ſerere mei que te i vtero no uem menſes poꝛtaui: et lac triennium dedi ꝙ alui: et in etatem iſtam perduxi: peto nate vt non timeas carnifi= cē iſtum: ſed ſuſcipe moꝛtē

vt i illa miseratõe cũ ctib⁹ tuis te recipiã. Et ait adolescẽs Quẽ clamitatis? Nõ obedio p̃cepto regis: ꝛ p̃cepto legis. Tũc rex in hunc fuy oẽs crudelius seuit in=dignũ ferẽs a puero deritũ fe esse. Et hic itaq; mũdus per oĩa obiit in dño cõfidẽs Nouissime autem ꝛ mater consũmata est. ℂ Dñica kalẽdis decembꝛis ad aduentum dñi. Sabbato ad vs. ℣ Benedictus. ℟. Ipsum. ℣ Benedictus de⁹. ℟ Aspice dñe de sede. ℣ Deus creator. ℟ Verspertina oratio. In euãgelio. ãn Vidi dominũ sedentẽ sup̃ solium̃ excelsũ: ꝛ plena erat ois terra maiestate eius et ea que sub ipo erant repleb̃at templũ. ℟ Magnificat ãn. Muro trio inexpugnabili circuncinge nos domie et armis tue potentie pro=tege nos semper deus noster. ℣ Magnificat. ã. Qui celorum contines thronos ꝛ abyssos intueris domine rex regum montes ponde=ras terram palmo cõcludis exaudi nos domine in mitibus nostris. ℟. Magnificat. ã. Aspice domie quia facta ẽ desolata ciuitas ple=na diuitiis: sedet in tristicia domina gentiũ non ẽ qui consoletur eã: nisi tu deus noster. ℟. Mag. ãn. Lete=ra nos deus in mirabilib⁹ tuis: ꝛ da gloriam nomini tuo. ℟. Magnificat. Ad matutinas. Inuitatoꝛ. Vidi dominum sedentẽ sup̃ solium̃ excelsum: ꝛ super muros hierusalem. Tota die non tacebũt cherubin laudare no=men dñi. ℟. Venite. ℣ Primo dierum. Nocturno ãn. Prophetia. ps. Beat⁹ vir. ℟. Ezechiel ꝓpheta.

erant in ore ipsorum: & ira dei ascendit super eos & occidit pingues eorũ et electos israel impediuit ¶ In omnibus his peccauerunt adhuc: et non crediderunt in mirabilibus eius & defecerunt in vanitate dies eorũ: et anni eorum cũ festinatione. ¶ Cũ occideret eos quærebant eum: et reuertebantur et diluculo veniebant ad eum. & rememorati sunt quia deus adiutor est eorum: & deus excelsus redemptor eorum est. & dilexerunt eum in ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei. ¶ Cor autem eorũ non erat rectũ cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius. ¶ Ipse autem est misericors et propicius fiet peccatis eorum: & non disperdet eos. & abundauit vt auerteret iram suã: et non accendit omnẽ iram suam. & recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens & non rediens. ¶ Quotiens exacerbauerunt eum in deserto: in ira cõcitauerunt eũ in inaquoso. & rursus cõuersi sunt et tentauerũt deũ: & sanctum israel exacerbauerunt. ¶ Non sunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis. & sicut posuit in egypto signa sua: & prodigia sua in campo thaneos. & conuertit in sanguinem flumina eorum: & imbres eorum ne biberent. ¶ Misit in eos cynomiã & comedit eos: & ranã & disperdidit eos. & dedit erugini fructus eorũ: et labores eorum locuste & occidit in grandine vineas eorum et moros eorũ in pruina. & tradidit grãdini iumẽta eorum: et possessionem eorum igni. ¶ Misit in eos iram indignationis sue: indignationem et iram & tribulationẽ: immissiones per angelos malos. ¶ Iam fecit semite ire sue: non pepercit a morte animarũ eorũ: et iumẽta eorum in morte cõclusit. & percussit omne primogenitum in terra egypti: primitias omnis la

boꝛis eoꝛum in tabernaculis cham. Et abstulit sicut oues populum suum: et perduxit eos tanꝙ gregem in deserto Et deduxit eos in spe et non timuerunt: et inimicos eoꝛũ operuit mare. Et induxit eos in montẽ sanctificationis sue: montẽ quem acquisiuit dextera eius. Et eiecit a facie eoꝛum gentes: ꝛ soꝛte diuisit eis terrã in funiculo distributiõis. Et habitare fecit in tabernaculis eoꝛum: tribus israel. Et tentauerunt et exacerbauerũt deũ excelsum: et testimonia eius non custodierunt. Et auerterũt se et non seruauerunt pactum: quẽadmodũ patres eoꝛũ conuersi sunt in arcũ pꝛauũ. In ira cõcitauerũt eũ in collibus suis: et in sculptilib⁹ suis ad emulationẽ eũ pꝛouocauerunt Audiuit deus et spꝛeuit: et ad nichilũ redegit valde israel. Et repulit tabernaculuꝫ silo: tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus. Et tradidit in captiuitatẽ virtutẽ eoꝛum ꝛ pulchꝛitudinẽ eoꝛ in manus inimici. Et conclusit in gladio populũ suũ: ꝛ hereditatẽ suã spꝛeuit. Iuuenes eoꝛ comedit ignis: et virgines eoꝛũ non sunt lamẽtate. Sacerdotes eoꝛũ in gladio ceciderũt: ꝛ vidue eoꝛũ non ploꝛabãtur. Et excitat⁹ est tanꝙ doꝛmiẽs dñs: tanꝙ potẽs crapulatus a vino. Et percussit inimicos suos in posteꝛioꝛa: oppꝛobꝛiũ sempiternũ dedit illis. Et repulit tabernaculũ ioseph: et tribum effraim non elegit. Sed elegit tribũ iuda: mõtem syon quẽ dilexit. Et edificauit sicut vnicoꝛnis sanctificiũ suum: in terra quam fundauit in secula. Et elegit dauid seruũ suũ et sustulit eum de gregib⁹ ouium: depost fetantes accepit eum. Pascere iacob seruum suum: et israel hereditatẽ suam. Et pauit eos in innocẽtia coꝛdis sui et in intellectibus manuũ

suaꝝ deduxit eos. ān. Tu es deus q̄ facis mirabilia.

DEus venerunt ps. gentes in hereditatē tuā: polluerunt templum sanctum tuū: posuerūt hierusalē in pomorū custodiā. Posuerunt mortticina seruorum tuorū escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorū bestiis terre. Effuderunt sanguinē ipsorum tanq̄ aquā in circuitu hierusalē: ⁊ non erat qui sepeliret. Facti sumus opprobriū vicinis nostris: subsānatio et illusio his q̄ in circuitu nostro sunt. Usq; quo dñe irascēris in finē: accendet velut ignis zelus tuus. Effū de iram tuam in gentes que te non nouerunt: et in regna q̄ nomen tuum non inuocauerunt. Quia comederunt iacob et locum eius desolauerūt. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarū cito anticipēt nos mie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriam nominis tui dñe libera nos ⁊ ppicius esto peccatis nostris propter nomē tuum. Ne forte dicant in gentibus vbi est deus eorum: et innotescat in nationib⁹ coram oculis nostris. Ultio sanguinis seruorū tuorū: qui effusus est: introeat in cōspectu tuo gemit⁹ cōpeditorū. Secundum magnitudinē brachii tui: posside filios mortificatorum. Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperiū ipsorum quod exprobrauerunt tibi dñe. Nos autē populus tuus et oues pascue tue: confitebimur tibi in seculū. In generatione et generatiōe annūciabim⁹ laudē tuā. p.

QUi regis israel intēde: q̄ deducis velut ouem ioseph. Qui sedes super cherubin: manifestare coram effraim beniamin ⁊ manasse. Excita potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos. Deus cōuerte nos: et ostende faciē tuam ⁊ salui erimus. Dñe

deus virtutū: quousq; irascēris super oratiōnem serui tui. Cibabis nos pane lachrymarū: et potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Posuisti nos in contradictionē vicinis nostris: et inimici nostri subsannauerunt nos. Deus virtutum conuerte nos: et ostende faciem tuam & salui erimus. Vineā de egypto transtulisti: eiecisti gentes & plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius & plantasti radices eius & impleuit terrā. Operuit mōtes vmbra eius: & arbusta eius cedros dei. Extendit palmites suos vsq; ad mare: et vsq; ad flumen propagines eius. Ut quid destruxisti maceriam eius: et vindemiāt eam omnes qui pretergrediuntur viam. Exterminauit eā aper de silua: & singularis ferus depastus est eam. Deus virtutum conuertere: respice de celo et vide et visita vineam istam. Et perfice eā quā plantauit dextera tua et super filiū hominis quē confirmasti tibi. Incensa igni et suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt. Fiat manus tua super virum dextere tue: et super filium hominis quē confirmasti tibi. Et non discedimus a te viuificabis nos: et nomē tuū inuocabimus. Dñe deus virtutum conuerte nos: et ostende faciē tuam et salui erimus. ān. Propitius esto peccatis nostris dñe. ỹ. Gaudebunt labia mea dum cantauero tibi. Et anima mea quam redemisti. ỹ. Fiat misericordia tua. In laudib⁹ ān.

Ubi soli peccaui dñe miserē mei. ps. Miserere. Dñe refugium factus es nobis. ps. Iām. ān. In matutinis dñe meditaboꝛ in te. ps. Deus deus meus. Psalmus.

Quam dño gloriose cum magnificatus est equū & ascensoꝛē proiecit in mare. Fortitudo mea et laus mea dominus & factus est michi in salutē. Iste

deus meus et glorificabo eum: deus patris mei et exaltabo eum. Dominus quasi vir pugnator omipotēs nomen eius: currus pharaonis et exercitū eius deiecit in mare Electi principes eius submersi sunt i mari rubro: abyssi operuerūt eos descēderunt i profundum quasi lapis. Dextera tua domine magnificata est in fortitudine: dextera tua domine percussit inimicū: ⁊ i multitudine glorie tue deposuisti aduersarios meos Misisti irā tuā que deuorauit eos sicut stipulā: i spiritu furoris tui congregate sunt aq̄. Stetit vnda fluēs: cōgregati sunt abyssi in medio mari. Dixit inimicus persequar ⁊ comprehendam: diuidā spolia implebitur anima mea Euaginabo gladiū meum: interficiet eos manus mea Flauit spiritus tuus ⁊ operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aq̄s vehementibus. Quis similis tui i fortibus dñe: q̄s similis tui magnificus i sanctitate: terribilis atq; laudabilis: et faciens mirabilia. Extēdisti manū tuā: et deuorauit eos tra Duxisti in mia tua: populo quem redemisti Et portasti eum i fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuū. Audierūt populi tui et irati sūt: dolores obtinuerūt habitatores philistiim Tūc conturbati sunt principes edō: robustos moab obtinuit tremor: obriguerūt oēs habitatores chanaā. Irruat sup eos formido et pauor: in magnitudie brachii tui. Fiant immobiles quasi lapis: donec pertrāseat pp̄s tu⁹ dñe: donec ptrāseat populus tu⁹ iste quē possedisti Introduces eos ⁊ plātabis in monte hereditatis tue firmissimo habitaculo tuo qđ operatus es domine Sanctuariū tuum dñe quod firmauerūt man⁹ tue: dñs regnabit i eternū ⁊ vltra Ingressus est enī eques pharao cum curribus et equitibus ei⁹ i mare: ⁊ reduxit

super eos dñs aquas maris. ℟ Filii autē israel ambulauerūt per siccū: in medio eius. ā. In eternū dñs regnabit ℣ vltra. ā. In sanctis eius laudate deum. ℣ Laudate. Capl'm. Vigilate ℣ orate. Hymnus.

Lux ecce surgit aurea: pallens fatiscat cecitas: que nosmet in preceps diu erroze traxit deuia. Nec lux serenū ferat purosq; nos ꝑstet sibi nichil loquamur subdolū voluam⁹ obscurū nichil. Sic tota decurrat dies ne lingua mendax nec man⁹ oculi nec pectent lubrici ne noxa corp⁹ inq̄net. Speculator astat desuper qui nos diebus oibus actusq; nostros prospicit a luce prima i vesperum. Deo patri sit gloria eiusq; soli filio: cū spiritu paracleto et nūc ℣ iperpetuū Amē. ℣. In matutinis domine. ā. In sāctitate seruiamus dño: ℣ liberabit nos ab inimicis nostris. ℣. Qui dict⁹ ¶ Feria vi. Inuit. Qui fecit nos venite adoremus. ℣. Venite. Hymn⁹

O trinitatis vnitas: orbē potenter qui regis: attende laudū cantica que excubātes psallimus. Dū lectulo consurgimus noctis quieto tempore: vt flagitemus vulnerum a te medelā omniū. Quo fraude quidq̄d demonū in nocti bus deliquimus: abstergat illud celit⁹ tue potestas glorie. Ne corpus astit sordidum: nec torpor instet cordiū: et criminis cōtagio tepescat ardor ꝑs. Ob hoc redemptor q̄s reple tuo nos lumine: per quod dierū circulis nullis ruamur actibz. Deesta pater. Psalmus.

Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Sumite psalmū ℣ date tympanū: psalteriū iocundū cū cythara. Buccinate i neomenia tuba: in insigni die solēnitatis vestre. Quia preceptū in israel est: ℣ iudicium deo iacob. Testimonium in ioseph posuit illud cū exiret

de terra egypti: linguam quam nō nouerat audiuit. Auertit ab oneribz dorsū eius: manus eius in cophino seruierunt In tribulatione inuocasti me et liberaui te: exaudiui te i abscondito tempestatis: probaui te apud aquam cōtradictionis. Audi populus meus et contestabor te: israel si audieris me non erit in te deus recēs: neqz adorabis deum alienū. Ego enim sum dñs deus tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuū et implebo illud. Et nō audiuit populus meus vocē meā: et israel nō intēdit michi Et dimisi eos scōm desideria cordis eorum: ibūt in adiuentionibus suis Si populus meus audisset me: israel si in viis meis ambulasset. Pro nichilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et sup tribulātes eos misissē manū meā. Inimici dñi mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in secula. Et cibauit illos ex adipe frumēti: et de petra melle saturauit eos. Psalmus.

Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat Usqz quo iudicatis iniquitatem et facies peccatorum sumitis Iudicate egeno et pupillo: humilē et pauperē iustificate Eripite pauperem et egenū de manu peccatoris liberate Nescierunt neqz intellexerunt in tenebris ambulāt: mouebūtur oia fundamenta terre. Ego dixi dii estis: et filii excelsi omnes. Vos autē sicut homines moriemini: et sicut vnus de principibus cadetis Surge deus iudica terrā: qm tu hereditabis in oibus gentibus. ā Exultate deo adiutori nostro. ps

Deus qui similis erit tibi: ne taceas neqz cōpescaris deus Qm ecce inimici tui sonuerūt: et qui oderunt te extulerunt caput. Super populū tuum malignauerunt cōsilium: et cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixerunt venite et disperdamus eos

de gente: et non memoretur nomen israel vltra.
Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul aduersus te testamentū disposuerunt tabernacula ydumeorum et ysmaelite moab et agareni gebal et amon et amalech: alienigene cum habitantibus tyrum etenim assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis loth. Fac illis sicut madian sysare: sicut iabin in torrente cyson disperierunt in endor: facti sūt vt stercus terre. Pone principes eorum: sicut oreb et zeb et zebee et salmana. Omnes principes eorū: qui dixerūt hereditate possideamus sanctuarium dei Deus meus pone illos vt rotam: et sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit siluā: et sicut flama comburens montes. Ita persequeris illos in tempestate tua: et ira tua turbabis eos. Imple facies eorū ignominia et querent nomē tuum domine. Erubescāt et conturbentur in seculum seculi: et confundantur et pereant. Et cognoscant quia nomen tibi deus: tu solus altissimus in omni terra. Psalmus.
Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Cor meū et caro mea exultauerunt in deum viuum. Etenim passer inuenit sibi domum: et turtur nidum sibi vbi reponat pullos suos. Altaria tua domine virtutum: rex meus et deus meus. Beati qui habitant in domo tua: in secula seculorum laudabunt te. Beatus vir cuius est auxilium abste: ascensiones in corde suo disposuit: in valle lachrymarum in loco quem posuit. Etenim benedictiones dabit legislator: ībūt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in syon. Domine deus virtutum exaudi orationem me

um: auribus percipe deus iacob. Protector noster aspice deus: & respice in faciem christi tui. Quia melior est dies vna in atriis tuis: super mília. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum. Quia misericordiam & veritatem diligit deus: gratiã & gloriã dabit dominus. Non priuabit bonis eos q̃ ambulant in innocẽtia: dñe virtutũ beatus homo qui sperat in te. ãn. Tu solus altissimus super omnẽ terram.

Psalmus.

Benedixisti dñe terrã tuã: auertisti captiuitatem iacob. Remisisti iniquitatem plebis tue: operuisti omnia peccata eorũ. Mitigasti omnẽ iram tuã auertisti ab ira indignationis tue. Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte iram tuam a nobis. Numquid in eternum iraceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem. Deus tu conuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. Ostende nobis dñe misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suã. Et super sanctos suos: et in eos qui cõuertuntur ad cor. Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia et veritas obuiauerũt sibi: iusticia & pax osculate sunt. Veritas de terra orta est: & iusticia de celo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructũ suũ. Iusticia ante eũ ambulabit & ponet i via gressus suos.

Psalmus.

Inclina dñe aurẽ tuã et exaudi me: qm̃ inops & pauper sum ego. Custodi aiam meã qm̃ sanctus sum: saluũ fac seruũ tuum deus meus sperantẽ in te. Miserere mei dñe quoniã ad te clamaui tota die letifica

alaz letui tui qm̃ ad te dñe
aiam meã leuaui. Quo-
niã tu dñe suauis et mitis
et multe misericordie om-
nibus inuocantib⁹ te. Au
ribus percipe dñe oratio-
nem meã: et intende voci
deprecationis mee In die
tribulationis mee clamaui
ad te: qz exaudisti me. Nõ
est similis tui in diis dñe: ⁊
non est secundũ opera tua
Omnes gentes quascũq;
fecisti venient et adorabũt
coram te dñe: ⁊ glorificabũt
nomen tuum. Quoniam
magnus es tu: et faciẽs mi
rabilia tu es deus solus. De
duc me dñe in via tua et in
grediar in veritate tua: le-
tetur cor meum vt timeat
nomen tuũ. Confitebor
tibi dñe deus meus in toto
corde meo: ⁊ glificabo no-
men tuũ in eternũ. Quia
misericordia tua magna est
super me: et eruisti aiam
meam ex inferno inferiori
Deus iniqui insurrexe-
runt super me: et synago-
ga potentium quesierunt
animam meam: et non p-
posuerunt te in conspectu
suo. At tu domine deus
miserator ⁊ misericors: pa
tiens ⁊ multe misericordie
⁊ verax. Respice in me ⁊
miserere mei: da imperiũ
puero tuo: ⁊ saluum fac fi
lium ancille tue. Fac me-
cum signũ in bono: vt vi-
deant qui oderunt me ⁊ cõ
fundantur: quoniã tu dñe
adiuuisti me ⁊ consolatus
es me. ãn. Benedixisti do
mine terram tuam. ps.

Fundamẽta eius in
mõtibus sanctis: di-
ligit dñs portas syon sup
omnia tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sunt de te
ciuitas dei Memor ero ra
ab ⁊ babylonis: scientium
me. Ecce alienigene ⁊ ty-
rus ⁊ populus ethyopum:
hi fuerunt illic. Nunqd
syõ dicet homo ⁊ homo na
tus est in ea: ⁊ ipse funda-
uit eam altissimus. Do-
minus narrabit in scriptu
ris populorum: ⁊ principũ
horum qui fuerunt in ea.
Sicut letantium: omniũ
habitatio est in te. ps.

Domine deus salutis mee: in die clamaui & nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea inclina aurē tuam ad precem meam Quia repleta est malis anima mea: et vita mea in inferno appropinquauit. Estimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris: quorū nō es memor ampli9: & ipi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis & in vmbra mortis Super me confirmat9 est furor tuus: et omnes fluctus tuos induxisti sup me. Longe fecisti notos meos a me posuerunt me abominationē sibi. Traditus sum et non egrediebar: oculi mei lāguerūt pre inopia. Clamaui ad te dñe: tota die expādi ad te manus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabūt et confitebuntur tibi. Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiā tuā: & veritatē tuā in perditione. Nunquid cognoscent in tenebris mirabilia tua & iustitia tua in terra obliuionis. Et ego ad te dñe clamaui: & mane oratio mea preueniet te. Ut quid dñe repellis orationē meam: auertis faciē tuam a me Pauper sum ego & in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autē humiliatus sum et conturbatus. In me trānsierūt ire tue & terrores tui cōturbauerūt me. Circūdederūt me sicut aqua tota die: circūdederūt me simul. Elōgasti a me amicū & primū: & notos meos a miseria. ā. Fundamenta eius in mōtibus sanctis. Psalm9.

Misericordias dñi: in eternū cantabo. In generatiōe & generationē: annūciabo veritatē tuam in ore meo. Quoniā dixisti in eternū misericordia edificabit in celis: preparabit veritas tua in eis. Di

fericoꝛdie tue antiq̃ domine:sicut iurasti dauid i veritate tua. ℳemoꝛ esto domine oppꝛobꝛii seꝛuoꝛum tuoꝛum:quod continui in sinu meo multaꝝ gentium. ℚuod exꝓobꝛauerunt inimici tui domine: quod exꝓobꝛauerunt commutationem chꝛisti tui ℬenedictus dominus deꝰ in eternum fiat fiat. ℙsalmꝰ

ℕDomine refugium factus es nobis:a generatiõe i generationẽ ℙriusq̃ mõtes fierent aut foꝛmaretur terra ꝛ oꝛbis:a seculo et in seculũ tu es deus ℕe auertas hominem in humilitatẽ:et dixisti cõuertimini filii hominum ℚm mille anni ante oculos tuos ꝛ tãq̃ dies hesterna que pꝛeteriit ℰt custodia i nocte:que pꝛo nichilo habentur eoꝛ anni erũt ℳane sicut herba tranſeat: mane floꝛeat ꝛ tranſeat:vespere decidat induret ꝛ arefcat. ℚ ꝛ defecimꝰ in ira tua:et in furoꝛe tuo turbati sumꝰ ℚposuisti iniq̃tates nr̃as i cõ ſpectu tuo ꝛ ſeculum nr̃m in illuminatione vultꝰ tui ℚuoniam omes dies nr̃i defecerunt:ꝛ in ira tua defecimus. ℳ anni nr̃i sicut aranea meditabũtur dies annoꝝ nr̃oꝝ in ipſis ſeptuaginta annis ℰi autem i potentatibus octoginta anni: ꝛ amplius eoꝝ laboꝛ ꝛ doloꝛ ℚuoniam ſuperuenit manſuetudo:ꝛ coꝛripiemur ℚ quis nouit poteſtatem ire tue:ꝛ pꝛe timoꝛe tuo iram tuam dinumerare. ℙ exteram tuam fit notam fac:ꝛ eruditos coꝛde in ſapientia ℚ onuertere domine vsqquo:ꝛ deꝓcabilis esto ſuper ſeruos tuos. ℬ epleti ſumus mane miſericoꝛdia tua:ꝛ exultauimꝰ ꝛ delectati ſumus i omibus diebus noſtris ℳ etati sumꝰ pꝛo diebus quibus nos humiliaſti annis quibus vidimus mala. ℜ eſpice i ſeruos tuos et i opꝛa tua:ꝛ dirige filios eoꝝ ℰt ſit ſplendoꝛ domini dei noſtri ſuper nos:et opera manuum nr̃

frarum dirige super nos: et opus manuū nostrarū di

Qui habitat rige. ps

in adiutorio altissimi: in protectione dei celi com morabitur. Dicet domi no: susceptor meus es tu: et refugium meum de⁹ me us sperabo in eum Quo niam ipse liberauit me la queo venantium: et a ver bo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi: ⁊ sub pen nis eius sperabis. Scu to circundabit te veritas eius: non timebis a timo re nocturno A sagitta vo lante in die: a negocio per ambulante in tenebris: ab incursu et demonio meri diano Cadēt a latere tuo mille: et decem milia a dex tris tuis: ad te autē nō ap propinquabit Verūtamē oculis tuis consyderabis: ⁊ retributionē peccatorū vi debis Quoniam tu es do mine spes mea altissimū po suisti refugiū tuū Nō acce det ad te malū: ⁊ flagellum nō appropiquabit taberna culo tuo. Qm angelis su is mādauit de te: vt custo diāt te in omnibus vijs tu is. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedē tuū Super aspidem ⁊ basiliscū am bulabis: ⁊ conculcabis leo nem ⁊ draconem. Quo niam in me sperauit libe rabo eum: protegā eū qm cognouit nomen meū Cla mauit ad me ⁊ ego exau diam eū: cum ipo sum in tri bulatione eripiam eū ⁊ glo rificabo eū. Longitudi ne dierū replebo eū: ⁊ ostē dam illi salutare meū. ps.

Bonum est cōfiteri do mino: ⁊ psallere no mini tuo altissime Ad an nunciādum mane misericordiā tuā: ⁊ veritatē tuā per noctem In decacordo psalterio: cum cāticō in cythara Quia delectasti me domine i factura tua: i ope ribus manuū tuarū exul tabo Quam magnificata sunt opera tua domine: ni mis profunde facte sunt co gitationes tue Vir insipi ens nō cognoscet: ⁊ stultus

non itelliget hec cum ex
orti fuerint peccatores si
cut fenum: & apparuerint
omnes qui operantur ini
quitatē. Ut intereant in
seculū seculi: tu aūt altissi
mus in eternum domine.
Qm ecce inimici tui do
mine qm ecce inimici tui pe
ribunt: & dispgētur omēs
qui operantur iniquitatez
Et exaltabitur sicut vni
cornis cornu meū: & sene
ctas mea i misericordia vbe
ri. Et despexit oculus me
us inimicos meos: & isur
gētibus i me malignāt. aus
audiet auris mea. Iustus
vt palma florebit: sicut ce
drus libani multiplicabi
tur. Plantati in domo
dñi: in atriis dom⁹ dei no
stri florebūt. Adhuc multi
plicabunt in senecta vberi:
et bene patientes erūt vt an
nūcient. Qm rectus dñs de
us noster: & non est iniqtas
Dominus in eo.
regnauit decorē indu
tus est: idutus est dñs fortī
tudinē & precinxit se. Etenī
firmauit orbem terre: qui
nō cōmouebit. Parata
sedes tua extime: a seculo
tu es. Elevauerūt flumi
na dñe: elevauerunt flumi
na vocē suā. Elevauerunt
flumina fluctus suos a vo
cibus aquaz multaz. Mi
rabiles elatiōes maris: mi
rabilis i altis dñs. Testimo
nia tua credibilia facta sūt
nimis: domū tuā decet sanc
titudo dñe in longitudinē
Deus vl dierū. Ps.
tionū dñs de⁹ vltio
num libere egis. Exaltare
qui iudicas terram: redde
retributionem superbis.
Usqquo peccatores do
mine: usqquo peccatores glo
riabuntur. Effabūtur et
loquentur iniqtatem: loqū
tur oēs qui operāt iniusticiam.
Populū tuū dñe humi
liauerūt: et hereditatē tuā
vexauerūt. Viduā & aduc
nam interfecerūt: et pupillos
occiderūt. Et dixerunt non
videbit dñs: nec intelliget
deus iacob. Intelligite
insipientes i populo et stulti
aliquādo sapite. Qui plātā
uit aurē nō audiet: aut qui

finxit oculum non conside
rat. Qui corripit gentes
non arguet qui docet homi
nē scientiā. Dominus scit
cogitationes hoīm: quoniā
vane sunt. Beatus homo
quē tu erudieris dñe: et de
lege tua custodieris eum.
Ut mitiges eum a diebꝰ
malis: donec fodiat pecca
tori fouea. Quia non re
pellet dñs plebē suam: et he
reditatē suam non derelin
quet. Quoadusq; iusticia
conuertat in iudiciū: et qui
iuxta illam omnes qui re
cto sunt corde. Quis con
surget michi aduersus ma
lignantes: aut quis stabit
mecū aduersus operantes
iniquitatē. Nisi qꝛ dñs ad
iuuit me: paulominus ha
bitasset in inferno aīa mea
Si dicebā motus est pes
meus: mīa tua dñe adiuua
bit me. Secūdm multitudi
nem dolorū meorū in corde
meo: consolationes tue letifi
cauerūt aīam meā. Num
quid adheret tibi sedes ini
quitatis: q̄ fingis dolorem
in precepto. Captabunt in
aīam iusti: et sanguinē inno
centē condēnabunt. Et fa
ctus est michi dñs in refu
giū: et deus meꝰ in adiuto
riū spei mee. Et reddet il
lis iniquitatē ipsorum et in
malicia eorꝝ disperdet eos di
sperdet illos dñs deus no
ster. Amen. Benedictus dñs in
eternū. Psalmus.
Venite exultemꝰ dño:
iubilemꝰ deo salutari nro.
Preoccupemꝰ faciē eius
in confessione: et in psalmis
iubilemꝰ ei. Qm deꝰ ma
gnus dñs: et rex magnꝰ su
per oēs deos. Quia in ma
nu eius sunt oēs fines ter
re: et altitudines montium
ipsius sunt. Qm ipsius est
mare et ipse fecit illud: et sic
cā manꝰ eius formauerūt.
Venite adorem⁹ et pro
cidam⁹: et plorem⁹ ante dñm
qui fecit nos: qꝛ ipe est dñs
deus nr̄. Et nos ppls pa
scue eius: et oues manꝰ eiꝰ.
Hodie si voce eiꝰ audieritis
nolite obdurare corda ve
stra sicut in irritatione:
secōm dīē tentationis in de
serto. Vbi tētauerūt me

patres vestri: ꝓbauerũt et
viderunt opa mea. Qua-
draginta ānis offensus fui
generationi illi: ⁊ dixi sem
per errant corde. Et isti
nõ cognouerũt vias meas
vt iurauī in ira mea: si in-
trabũt in requiē meã. ꝑs

Cantate dño canticũ
nouũ: cãtate dño oīs
terra. Cãtate dño ⁊ bene
dicite nomini eius: annũ-
ciate de die in diem salutа
re ei⁹. Annũciate inter gẽ
tes gloriã eius: in oībus po
pulis mirabilia eius. Quo
magn⁹ dñs ⁊ laudabilis ni
mis; terribilis est sup oēs
deos. Quoniã oēs dii gẽ
tiũ demonia: dñs autẽ ce-
los fecit. Cõfessio ⁊ pul-
chritudo in cõspectu eius:
sanctimonia ⁊ magnificen
tia in sanctificatione eius.
Afferte dño patrie gentiũ
afferte dño gloriã ⁊ hono-
rẽ: afferte dño gloriã nomi
ni eius. Tollite hostias ⁊
introite in atria eius: ado-
rate dñm in atrio sctõ eius
Commoueat a facie eius
vniuersa terra: dicite in gẽ
tibus q⁹ dñs regnauit et
enī correxit orbẽ terre qui
non cõmouebit: iudicabit
populos in equitate. Le
tent celi ⁊ exultet terra cõ-
moueat mare ⁊ plenitudo
eius: gaudebunt campi et
oia que in eis sunt. Tunc
exultabũt oia ligna silua-
a facie dñi: q⁹ venit q⁹ ve
nit iudicare terrã. Iudica
bit orbẽ terre in equitate
⁊ pplos in veritate sua. ꝑs

Dñs min⁹ regnauit ex-
ultet terra: letent in
sule multe. Nubes ⁊ cali-
go in circuitu eius: iusticia
⁊ iudiciũ correctio sedis ei⁹
Ignis ante ipsum pre-
det: ⁊ inflãmabit in circui-
tu inimicos eius. Illux
runt fulgura eius orbi ter
re: vidit ⁊ cõmota est terra
Mõtes sicut cera fluxerũt
a facie dñi: a facie dñi omīs
terra. Annũciauerũt ce-
li iusticiã eius: et vidērunt
omnes populi gloriã eius.
Confundant omnes qui
adorant sculptilia: et q̄ gla
riãtur in simulachris suis
Adorate eum omnes an

geli eius: audiuit et letata
est syon. Et exultauerũt
filie iude: propter iudicia
tua domine. Quoniã tu
dñs altissimus super om=
nem terram: nimis exalta
tus es super omnes deos.
Qui diligitis dñm odite
malum: custodit dominus
animas sanctorum suorũ
de manu peccatoris libera
bit eos. Lux orta est iusto
et rectis corde leticia. Le=
tamini iusti in domino: et
confitemini memorie san=
ctificationis eius. ān Can
tate dño et benedicite no=
mini eius. ỹ. Intret in cõ
spectu tuo domine oratio
mea Inclina aurem tuam
ad precem meam. ỹ. Fiat
mia tua. In laudibus ān.

Sacrificiũ deo spũs cõ=
tribulatus. ps. Mise
rere. ā. In veritate tua ex
audi me dñe. ps Dñe exau
di oõnem ji. ān. Illumia
dñe vultũ tuũ sup nos. ps
Deus deus meus. ps.

Domine audiui: audi
tũ tuũ et timui. Do
mine op9 tuũ: in medio an
norũ viuifica illud. In me
dio annoꝝ notũ facies: cũ
iratus fueris mie recordã=
beris. Deus ab austro ve
niet: ⁊ sanct9 de mõte pha=
rã. Operuit celos gl'ia ei9
et laudis ei9 plena est terra
Splendor eius vt lux erit:
cornua in manibus eius.
Ibi abscõdita est fortitu
do eius: ante faciẽ eius ibit
mors. Et grediet dyabol9
ante pedes eius: stetit ⁊ mẽ
sus est terrã Hspexit ⁊ dis
soluit gẽtes: et cõtriti sunt
montes seculi. Incurua
ti sunt colles mundi: ab iti
neribus eternitatis eius.
Pro iniquitate vidi ten=
toria ethiopie: turbabunt
pelles terre madian. Nũ
quid in fluminibus iratus
es dñe: aut in fluminib9 fu
ror tuus: vel in mari indi=
gnatio tua. Qui ascendes
sup equos tuos: ⁊ quadri=
ge tue saluatio. Suscitãs
suscitabis arcũ tuum: iura
mẽta tribubus q̃ locut9 es
Hfluuios scĩdes tre: vide
rũt ⁊ doluerũt mõtes gur=
ges aquarũ trãsiit. Dedit

abyssus vocē suā: altitudo manus suas leuauit. ℟ Sol et luna steterūt in habitaculo suo: in luce sagittarū tuarū ibunt in splendore fulgurātis hastē tue. ℣ In fremitu conculcabis terrā in furore obstupefacies gētes. ℟ Egressus es in salutē populi tui: in salutez cū christo tuo. ℣ Percussisti caput de domo impii: denudasti fundamentū vsq; ad collū. ℟ Maledixisti sceptris eius capiti bellatorū eius: venientib⁹ vt turbo ad dispergendū me. ℣ Exultatio eoz: sicut eius qui deuorat pauperē i abscōdito. ℟ Iā fecisti in mari equis tuis: in luto aquarū multarum ℣ Audiui et conturbat⁹ est vēter me⁹ a voce contremuerūt labia mea ℟ Ingrediatur putredo in ossib⁹ meis et subter me scateat. ℣ Et requiescā in die tribulationis: vt ascendā ad populuz accinctū nostrū ℟ Ficus enim non florebit: et nō erit germen in vineis. ℣ Mentietur opus oliue: et arua non afferent cibum. ℟ Abscidetur de ouili pecus: et nō erit armentum in presepibus. ℣ Ego autē in domino gaudebo: et exultabo in deo iesu meo. ℟ Deus dñs fortitudo mea: et ponet pedes meos quasi ceruoz. ℣ Et super excelsa mea deducet me victoz: in psalmis canētem. ℟ Domine audiui auditū tuū et timui. ℣ In tympano et chozo in cozdis et organo laudate deū. ℟ Laudate. Capitulum. Vigilate.

Hymnus.

Eterna celi gloria beata spes mortaliū celi tonantis vnice castezq; proles virginis. ℣ Os dexteri surgētibus exurgat et mētis lobzia flagrantesq; in laudes dei grates rependat debitas. ℟ Ortus refulget lucifer sparsamq; lucem nunciat cadat caligo noctium lux sancta nos illuminet. ℣ Mentesq; nostris sensibus noctem repellat seculi omniq; fine diei purgata seruet pectoza. ℟ Hactenus iam primum fides radicet

ētis cenibus: secūda spes
cōpiendeat et maior exta
ritas. O eo patri sit glo-
ria cūlq; soli filio cum spū
paraclito et nūc ⁊ i ꝙpetuū
cui. ℣. In matutinis. ℟ Per
viscera mie dei nr̄i in q̄bus
visitauit nos oriēs ex alto
hs. Ben̄dict⁹. ¶ Sabbato
ad matu. Inuit. Dnm de
um nr̄m venite adoremus
Ps. Venite. Hymn⁹.
Summe de⁹ clemētie
mūdiq; factor machine vn⁹
potentialiter trinusq; per
sonaliter O ostros pios cū
tāticis flet⁹ benigne suscī-
pe quo corde puro sordib⁹
te pfruamne laeti⁹ U ūbos
tecum regnorabidū adure igni
cōgruo accicti vt sint ꝙpeti
luxu remoto pessimo. Q t
quiq; horas noctiū nūc cō-
cinnēdo rūpim⁹ donis bea
te patrie ditemur oēs acca-
tim. O resta pat. Psalm⁹
Antate dño cāti
cū nouū: q; mi-
rabilia fecit ⁊ al
uauit sibi dexte
ra eius: ⁊ brachiū sanctum
ius O otū fecit dñs salu-
tare suū: ⁊ ꝙspectu gētiū re
uelauit iusticiā suā Q ecor-
dat⁹ est mie sue: et vitatis
sue domui isrl̄ U ident
oēs fines tre salutare dei
nr̄i: iubilate deo oīs terra:
cātate et exultate ⁊ psallite
P sallite dño i cythara in
cythara et voce psalmi: i tu
bis ductilib⁹ ⁊ voce tube cor-
nee. I ubilate i ꝙspectu re-
gis dñi: moueat mare ⁊ ple
nitudo ei⁹: orbis tra ⁊ qui
habitāt in eo. F lumina
plaudēt manu in mul: mon
tes exultabūt a conspectu
dñi qm̄ venit iudicare trā.
I udicabit orbē terra ⁊ i
iusticia: ⁊ pplos i eqtate. ℣
Dmin⁹ regnauit ira
scant ppli: q; sedet su
per cherubin moueat ter-
ra O minus i syō magn⁹
et excellus super omes po-
pulos O fiteant noi tuo
magno qm̄ terribile ⁊ scm̄
est: et honor regis iudicii
diligit. Q u parasti dire-
ctiones: iudiciū ⁊ iusticiā in
iacob tu fecisti. E xaltate
dñz deū nr̄m: ⁊ adorate scā
bellū pedū ei⁹: qm̄ scm̄ est

Moyses et aarō i sacerdotibus eius: et samuel inter eos ꝙ inuocant nomē eius inuocabāt dñm ⁊ ipe exaudiebat eos: in colūna nubis loq̄batur ad eos. Custodiebāt testimonia eius: et pceptū qđ dedit illis Domine de⁹ nr̄ tu exaudiebas eos: deus tu ppicius fuisti eis ⁊ vlciscēs in oēs adinuēciones eoꝝ Exaltate dñm deū nr̄m: et adorate i mōte scō ei⁹: qm̄ scūs dñs deus nr̄. ā. Mz mirabilia fecit dñs. ps.

Iubilate deo oīs terra seruite dño i leticia. Introite i ꝓspectu eius: in exultatione Scitote qm̄ dñs ipe est de⁹: ipse fecit nos et nō ipi nos Populꝰ eius et oues pascue eius introite portas eius i confessiōe: atria eius in hymnis cōfitemi illi Laudate nomē ei⁹ quoniam suauis est dñs: i eternū misericordia eius et vsq; i generatone et generationē veritas eius. ps.

Misericordiā et iudiciū cātabo tibi dñe: psallā et intelligā in via i mata ta qn̄ venies ad me ambulabā in īnocētia cordis mei: i medio dom⁹ mee Nō ꝓponebā ante oculos meos rem iniustā: facientes pzeuaricatiōes odiui Non adhesit michi cor pzauum: declinantē a me malignū non cognoscebā Detrahentē secreto pximo suo: hunc perseq̄bar Superbo oculo et insatiabili corde: cū hoc non edebā. Oculi mei ad fideles terre vt sedeāt mecum: ambulās i via imaculata hec michi ministrabat Non habitabit in medio dom⁹ mee ꝙ facit superbiā: qui loquit iniqua nō dirigit in ꝓspectu oculoꝝ meoꝝ In matutio interficiebā omnes pctōres terre: vt disperderem de ciuitate dñi omnes operātes iniquitatē. ā. Jubilate deo oīs terra. ps.

Domine exaudi oīonem meā: ⁊ clamoꝝ me⁹ ad te veniat Non auertas faciē tuā a me: i quacūq; die tribulor inclina ad me aurē tuā. In quacūq; die in-

uēo te: velociter exau=
me Quia defecerūt sicut
m dies mei: et ossa mea
ut cremiū aruerūt Per
ssus sum vt fenū ⁊ aruit
meū: qz oblitus sum co
edere panē meū A voce
mit mei: adhesit os me
carni mee Similis fa
us sum pellicano solitu=
inis: factus sū sicut nicti=
az i domicilio. Vigila
i: et factus sū sicut passer
litarius i tecto. Tota
e exprobrabant michi ini=
ici mei: et q laudabāt me
uersū me iurabāt. Qz
inerē tanq panē manduca=
bam: et potū meū cū fle=
u miscebam. A facie ire
ndignatiōis tue qz eleuās
llisisti me. Dies mei sic=
ut umbra declinauerunt:
t ego sicut fenū arui. Tu
autē dne i eternū permanes:
et memoriale tuū in gnatio=
one ⁊ gnationē Tu exur
gens dne misereberis syō:
qz tēpus miserendi eius qz
venit tēpus Qm placuērt
seruis tuis lapides eius: et
terre ei⁹ miserebūtur. Et
timebūt gētes nomē tuum
dne: et oēs reges terre gloriam
tuā Qz edificauit dns syon: ⁊ videbit i gla sua Re
spexit in oratiōnē humiliū: et
nō sprevit precē eorū Scri=
bant hec i generatiōe altera: et populus q creabitur
laudabit dnm Qz prospe
xit de excelso sctō suo: dns
de celo i terrā aspexit Ut
audiret gemitus compeditorū: vt solueret filios interē
ptorū. Ut ānuncietur i syō
nomē dni: ⁊ laudē ei⁹ i hie=
rusalē In cōueniendo pōlos
in vnū: et reges vt seruiāt
dño. Respondit ei i via virtu=
tis sue paucitatē dierū meo
rū nūcia michi. Ne revo
ces me i dimidio dierū meo
rum: i generatiōe et gene=
rationē anni tui. Initio
tu domine terrā fundasti:
et opera manuū tuarū sūt
celi Ipsi peribūt tu autē
permanes: et oēs sicut ve=
stimentū veterascēt. Et
sicut operturium mutabis
eos et mutabūtur: tu autē
idemipse es et anni tui non
deficiēt Filii seruorū tuorū

habitabunt et semē eoꝝ in
Bseculū dirigetur. ps.
Benedic aia mea dño
et omnia que intra me sūt
nomini sancto eius. Be-
nedic anima mea domino:
et noli obliuisci omnes re-
tributiones eius. Qui pro
piciatur omnibus iniquita
tibus tuis: qui sanat omēs
infirmitates tuas. Qui
redimit de interitu vitam
tuam: qui coronat te in mi
sericordia et miserationi-
bus. Qui replet in bonis
desiderium tuum: renouabi
tur vt aquile iuuētus tua.
Faciēs misericordias do
minus: et iudiciū oībus iniu
riam patiēt. Bz Notas fe
cit vias suas moysi: filiis
israel voluntates suas. Mi
serator et misericors dñs:
longanimis et multum mi
sericors. Non in perpe-
tuum irascet: neqz in eter-
nū comminabitur. Nō se-
cundū peccata nostra fecit
nobis: neqz secōm iniquita-
tes nostras retribuit nobis
Quoniā secōm altitudinē
celi a terra: corroborauit
misericordiam suam super
timentes se. Quantum dis
tat ortus ab occidēte: lon-
ge fecit a nobis iniquitates
nostras. Quomodo mise-
retur pater filioꝝ: misert⁹
est dñs timentibus se: qm
ipe cognouit figmentū no
strum. Bz Creatus est qm
puluis sumus: homo sicut
fenū: dies eius tanq̄ flos
agri sic efflorebit. Quoni-
am spiritus pertrālibit in
illo z non subsistet: et non
cognoscet amplius locum
suum. Misericordia autē
dñi ab eterno et vsqz i eter
num: super timentes eum
Et iusticia illius in filios
filioꝝ: his qui seruant testa
mentum eius. Et memo-
res sunt mandatorum ipsi
us: ad faciēdum ea. Dns
in celo parauit sedē suam:
et regnū ipsius omnib⁹ do
minabitur. Be enedicite do
mino oēs angeli eius: potē
tes virtute facietes verbū
illius: ad audiēdam vocem
sermonū eius. Be enedici
te domino omnes virtutes
eius: ministri ei⁹ q̄ facitis

voluntatē eius. Benedicite dño oia opera eius: in loco dñationis eius: benedic aia mea dño. ān. Clamor meus ad te veniat de⁹. ps. Benedic aia mea dño: dñe deus me⁹ magnificat⁹ es vehementer. Confessionē et decorē induisti amictus lumine sicut vestimento. Extendēs celū sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascēsum tuum qui ambulas sup pennas vēti rū. Qui facis angelos tuos spūs: et ministros tuos ignem vrentē. Qui fundasti terram super stabilitatē suam: non inclinabit in seculum seculi. Abyssus sicut vestimentū amict⁹ ei⁹: super montes stabunt aq̄. Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabūt. Ascendunt montes ⁊ descendunt campi: in locū quē fundasti eis Terminū posuisti quē nō transgredient: neq̄ cōuertent operire terram. Qui emittis fontes i cōuallib⁹ intermediū montiū ptrans sibūt aq̄. Potabūt oēs bestie agri: expectabūt onagri in siti sua. Sup ea volucres celi habitabunt: de medio petrarū dabunt voces. Rigans montes de superioribus suis: de fructu operū tuorum satiabit⁹ terra. Producens fenum iumentis: et herbā seruituti hominum. Ut educas panem de terra: et vinum letificet cor hois Ut exhilaret faciem in oleo: ⁊ panis cor hois confirmet. Saturabunt ligna cāpi: et cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt. Domus herodii domus dux est eorū: mōtes excelsi ceruis: petra refugiū herinaciis. Fecit lunā i tpa: sol cognouit occasum suū. Posuisti tenebras ⁊ facta est nox: in ipsa ptrālibūt oēs bestie silue Catuli leonū rugientes vt rapiāt: et q̄rāt a deo escā sibi Ort⁹ ē sol ⁊ congregati sūt ⁊ i cubilib⁹ suis collocabūt Exibit hō ad op⁹ suū: ⁊ ad operationē suā vsq̄ ad vespe

eā Quā magnificata sunt opa tua dñe: oia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnū z spacios manib⁹ illic reptilia quoꝝ non est numerus. Animalia pusilla cū magnis: illic naues pertranslibūt. Draco iste quē formasti ad illudendū ei: oia a te expectāt vt des illis escam in tēpore. Dā te te illis colligēt: aperiente te manū tuā: oia implebunt bonitate. Auertēte autē te faciē turbabuntur auferes spiritū eoꝝ z deficient: z in puluerē suū reuertent. Emitte spm tuū z creabunt: z renouabis faciē terre. Sit gla dñi in seculū: letabit dñs in opib⁹ suis. Qui respicit terrā et facit eā tremere: qui tāgit montes z fumigāt. Cantabo dño in vita mea: psallā deo meo q̄diu fuero. Jocundū sit ei eloquiū meū: ego vero delectabor in dño Deficiant pctōres a terra et iniqui ita vt non sint: benedic aīa mea dño. ps.

Confitemini dño z inuocate nomen eius: annūciate inter gētes opa eius. Cantate ei z psallite ei: narrate omnia mirabilia eius: laudamini in nomine sancto eius. Letetur cor querētiū dñm: querite dñm z cōfirmamini: querite faciē eius semp. Memēto mirabiliū eius q̄ fecit prodigia ei⁹ et iudicia oris eius. Semē abraham serui eius filii iacob electi ei⁹. Ipse dñs deus noster in vniuersa terra iudicia ei⁹ Memor fuit in seculū testamenti sui: verbi q̄ mādauit in mille generationes. Quod disposuit ad abraham: et iuramēti sui ad isaac. Et statuit illud iacob in p̄ceptū: z israel in testamentū eternū. Tibi dabo terram chanaan funiculum hereditatis vestre Cum essent numero breui: paucissimi et inquilini eius. Et pertranslerunt de gente in gentem: z de regno ad populum alterum. Non reliquit hominē no

dere eis: ⁊ corripuit pro eis reges. Nolite tangere christos meos: et in prophetis meis nolite malignari. Et vocauit famem super terram: ⁊ omne firmamentū panis contriuit. Misit ante eos virum: in seruum venundatus est ioseph. Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrū pertransiit animam eius: donec veniret verbum eius. Eloquiū domini inflammauit eum: misit rex ⁊ soluit eum: princeps populorum ⁊ dimisit eum. Constituit eū dñm domus sue: et principem omnis possessionis sue. Vt erudiret principes eius sicut semetipm: et senes eius prudentiā doceret. Et intrauit israel in egyptum: ⁊ iacob accola fuit in terra cham. Et auxit populū suum vehementer: ⁊ firmauit eum super inimicos eius. Conuertit cor eorum vt odirent populum eius: et dolum facerēt in seruos eius. Misit moysen seruū suum: aaron quē elegit ipsum. Posuit in eis verba signorum suorū et prodigiorū in terra cham. Misit tenebras et obscurauit: ⁊ nō exacerbauit sermones suos. Conuertit aquas eorū in sanguinem: et occidit pisces eorū. Edidit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipsorū. Dixit ⁊ venit cynomia et cyniphes in omnibus finibus eorum. Posuit pluuias eorū grandinē: ignem comburentē in terra ipsorū. Et percussit vineas eorū ⁊ ficulneas eorū: ⁊ cōtriuit lignū finiū eorū. Dixit ⁊ venit locusta: et bruchus cuius non erat numerus. Et comedit omne fenū in terra eorū: ⁊ comedit omnē fructū terre eorum. Et percussit omne primogenitū in terra eorū: primitias omnis laboris eorum. Et eduxit eos cum argento ⁊ auro: ⁊ non erat in tribubus eorum infirmus. Letata est egyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum sup eos

Expandit nubem in pro
tectionē eoꝝ: ⁊ ignē vt lu
ceret eis p noctē. Petierūt
et venit coturnix: et pane
celi saturauit eos. Dirupit petrā ⁊ fluxerūt aq: abie
rūt in sicco flumina. Quia memor fuit vbi sancti sui:
qō habuit ad abrahā puerū suū. Et eduxit populum
suū in exultatiōe: ⁊ electos suos in leticia. Et dedit
illis regiones gentiū: et labores populoꝝ possederūt
Et custodiāt iustificatio
nes eius: ⁊ legē eius requrant
Alleluia. Confitemini dño quia
Confitemini dño qm
bonus: qm in seculū
mia eius. Quis loquetur potentias dñi: auditas fa
ciet oēs laudes eius. Beati q custodiunt iudiciū: ⁊ fa
ciūt iusticiā in oni tempo
re. Memēto nostri dñe in beneplacito populi tui: vi
sita nos in salutari tuo.
Ad videndū in bonitate electoꝝ tuoꝝm: ad letan
dum in leticia gentis tue:
vt laueris cum hereditate tua. Peccauimus cū pa
tribus nostris: inique egi
mus iniquitatē fecimus.
Patres nostri in egypto non intellexerunt mirabi
lia tua: non fuerūt memo
res multitudinis mie tue.
Et irritauerūt ascenden
tes in mare mare rubrū: ⁊ saluauit eos ꝓpter nomen
suū: vt notā faceret poten
tiam suam. Et increpuit mare rubrū et exiccatū est
et deduxit eos in abyssis
sicut in deserto. Et salua
uit eos de manu odientiū:
⁊ redemit eos de manu ini
mici. Et operuit aqua tri
bulantes eos: vnus ex eis
non remansit. Et crediderunt in verbis eius: et lau
dauerunt laudem eius.
Cito fecerunt obliti sunt operum eius: nō sustinue
runt consilium eius. Et
concupierunt concupiscen
tiam in deserto: et tentauerūt deū in inaquoso. Et
dedit eis petitionem ipso
rum: et misit saturitatē in
ias eoꝝ. Et irritauerūt moysen in castris: aarō san
ctum dñi. Aperta est ter

ra et deglutiuit dathan: et operuit sup congregationem abiron. Et exarsit ignis i synagoga eoꝝ: flama combussit pctōres. Et fecerūt vitulū i oreb: et adorauerūt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam: et in similitudinē vituli comedētis fenū. Obliti sūt deum qui saluauit eos: qui fecit magnalia in egypto: mirabilia i terra cham terribilia i mari rubro. Et dixit vt disperderet eos: si nō moyses electus eius stetisset in cōtractiōe i cōspectu eius. vt auerteret irā eius ne disperderet eos: et pro nichilo habuerūt terrā desiderabilē. Nō crediderūt verbo eius: et murmurauerūt in tabernaculis suis: nō exaudierūt vocē dñi. Et eleuauit manū suā sup eos: vt prosterneret eos i deserto. Et vt deiiceret semē eoꝝ in natiōibꝫ: et dispergeret eos in regiōibus. Et initiati sūt beelphegor: et comederunt sacrificia mortuorū. Et irritauerunt eum i adinuentionibus suis: et multiplicata est in eis ruina. Et stetit phinees et placauit: et cessauit quassatio. Et reputatū est ei i iusticiā: a ghatiōe i generationem vsq; i sempiternum. Et irritauerūt eū ad aquas cōtradictiōis: et vexatus est moyses propt eos: qz exacerbauerūt spm eius. Et distinxit i labiis suis: nō disperdiderūt gētes quas dixit dñs illis. Et cōmixti sunt inter gētes et didicerūt opa eoꝝ: et seruierūt sculptilibus eoꝝ: et factū est illis i scādalum. Et immolauerunt filios suos: et filias suas demoniis. Et effuderunt sanguinē innocētē: sanguinem filiorū suorum et filiarū suarꝫ: quas sacrificauerunt sculptilibus chanaan. Et interfecta est terra i sanguinibus: et cōtaminata est i operibus eoꝝ et fornicati sunt i adinuentionibus suis. Et iratꝰ est furore dñs i plm suū: et abominatus est hereditatem suam. Et tradidit eos

in manus gentiū: et dñati sunt eoꝝ qui odēr eos. Et tribulauerunt eos inimici eoꝝ et humiliati sunt sub manibus eoꝝ: sepe liberauit eos. Ipi autē exacerbauerūt eū in consilio suo: et humiliati sunt i iniquitatibus suis. Et vidit cū tribularentur: et audiuit oratiōnē eoꝝ. Et memor fuit testamēti sui: et penituit eū secundum multitudinē mie sue. Et dedit eos in miserico2dias: i conspectu omniū qui ceperāt eos. Saluos fac nos dñe deus noster: et congrega nos de nationibus. Ut confiteamur noī sancto tuo: et gloriemur in laude tua. Benedictus dñs deus israel a seculo et vsq; i scm: et dicet omis populus fiat fiat. ps

Confitemini dño qm bonus: qm in seculū mia eius. Dicāt q redempti sunt a dño: quos redemit de manu inimici: de regionibus congregauit eos. A solis oztu et occasu: ab aquilone et mari. Erauerunt i solitudine i inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerūt. Esurientes et sitiētes: alia eoꝝ i ipsis defecit. Et clamauerunt ad dñm cū tribularētur: et de necessitatibus eoꝝ eripuit eos. Et deduxit eos in viā rectā: vt irēt in ciuitatem habitationis. Confiteātur dño mie ei9: et mirabilia ei9 filiis hoim. Quia satiauit aiam inanē: et aiaꝝ esurientem satiauit bonis. Sedentes in tenebris et vmbra mortis: vinctos in mendicitate et ferro. Quia exacerbauerūt eloqa dei: et consiliū altissimi irritauerunt. Et humiliatū est in laboribus coꝝ eoꝝ: et infirmati sunt nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerūt ad dñm cū tribularētur: et de necessitatibus eoꝝ liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: et vincula eoꝝ dirupit. Confiteantur dño misericoꝝdie eius: et mirabilia eius filiis hominum. Quia contriuit portas ereas: et

ries terreos congregit. Et
stupit eos de via iniquitatis
eoꝝ: ꝓpter iustitias enī su
as humiliati sunt. O mnē
escā abominata est aia eoꝝ:
et appꝛopiquauerūt vsqꝫ ad
portas mortis Et clama
uerunt ad dñm cum tribu
larētur: ⁊ de necessitatibꝫ
eoꝝ liberauit eos. Misit
verbū suū et sanauit eos:
et eripuit eos de interitionibꝫ
eoꝝ. Confiteant dño mie
ri⁹: ⁊ mirabilia ei⁹ filiis ho
minū. Et sacrificēt sacrifi
cia laudis: ⁊ ānūciēt opera
ei⁹ i exultatiōe. Qui descē
dūt mare i nauibꝫ: facien-
tes operationem i aqs multis
Ipi vidērt opa dñi: ⁊ mi
rabilia ei⁹ i pfundo. Dixit ⁊
stetit spūs procelle: et exaltati
sūt fluct⁹ ei⁹. Ascēdūt vsq
ad celos et descēdunt vsq
ad abyssos: aia eoꝝ i ma
lis tabescebat. Turbati sūt
⁊ moti sūt sicut ebri⁹: ⁊ omis
sapia eorum deuorata est:
Et clamauerūt ad dñm cū
tribularent: et de necessita
tibus eoꝝ eduxit eos. Et
statuit procellā ei⁹ i auram:
et siluerunt fluctus eius.
Et letati sūt qꝫ siluerūt: ⁊
deduxit eos i portū voluñ
tatis eoꝝ. Confiteant dño
mie ei⁹: et mirabilia ei⁹ fi-
liis hoim. Et exaltent eū i
ecclā plebis: ⁊ i cathedra se
nioꝝ laudēt eū. Posuit flu
mina i desertū: ⁊ exitus a-
quaꝝ i sitī. Terrā fructi-
ferā i salsuginē: a malicia i
habitātiū i ea. Posuit de
sertū i stagna aquaꝝ: ⁊ ter
ram sine aqua i exit⁹ aqua
rū. Et collocauit illic esu
rientes: ⁊ fundauerūt ciuita-
tem habitationis. Et seminaue
rūt agros et plātauerūt vi
neas: et fecerūt fructū nati
uitatis. Et benedixit eis: ⁊ mul
tiplicati sūt nimis: ⁊ iumē
ta eoꝝ nō minorauit. Et
pauci facti sunt: et vexati
sunt a tribulatiōe malorū
et dolore. Effusa est cōten-
tio sup principes: ⁊ errare fe
cit eos i inuio et non i via.
Et adiuuit pauperē de i
opia: ⁊ posuit sicut oues fa
Vnc sãcta agatha respõdit Munꝯ corpori meo medicamina ab omnibus facta accedũt: qz salua torem habeo dñm ieſũ chriſtũ: q̃ solo sermone restaurat vniuersa Hic si vult: potest me saluam facere Tũc senior subridens: dixit. Et me ipse misit ad te: nam et ego apostolus eius sum: et in nomine eius scias te esse saluatam. Et cum hoc dixisset: ab oculis eiꝰ sublatus est: ⁊ oia mẽbra eiꝰ saluata sunt: ⁊ restituta erat mãmilla eius. Et post hec iussit quitianꝰ itez sãctam virginẽ ante tribunal astare: et dixit ei Immola diis Agatha respondit Omnia verba tua sunt vana Et q̃s vult ad auxiliũ suũ lapidẽ inuocare: et non deũ summum ⁊ verũ: qui me dignatus est ab omni plaga curare. ℟. Ego autẽ adiuuata a dño pseueraboi confessione eius. Qui me saluam fecit: ⁊ ꝯsolatus est me. ℣. Gratias tibi ago domine ieſu chriſte: qui misisti ad me apostolũ tuũ. Qui. Gloria Qui me. In iii. noctur. ℟. Si ignem adhibeas: rorẽ michi saluificum de celo angeli ministrabunt. ps. Cantate. i. ãn. Audisti domine agonem meum: quomodo pugnaui in stadio: sed quia nolui obedire mãdatis pncipum iussa sum in mãmilla torqueri. ps. Dominus regn. exultet. ã. Propter fidem castitatis iussa sum suspendi in eculeo: adiuua me domine deus meus in tortura mammillarum meaꝝ. ps. Cantate. ii. ℣. Adiuuabit. Expositio Simile est regnũ celoꝝ decem virginibꝰ. Omel. vt i cõi

℟. Medicinam carnalem corpori meo nunꝯ exhibui sed habeo dominũ ieſũ xp̃m Qui verbo curat omnia.

℣. Ego enī habeo mămillas integras intus i anima mea: quas dño consecraui Qui verbo curat omnia.

Lectio octaua.

QUintianus vero dixit. Et quis est: qui te curauit? Agatha respōdit Christus filius dei viui. Tunc quintianꝰ ira commotus: testulas acutas iussit spargi: ⁊ sub testulis viuos immitti carbones: ⁊ sanctam virginē in eis nudo corpore volutari. Cūq; hoc faceret: subito locus i quo sanctum corpus volutabatur cōmotus est: et pars parietis cecidit: et oppressit cōsiliarium ducis nomine siluinū: et amicum eiꝰ nomine falconū. Sed ⁊ omnis ciuitas cathanēsiū a terre motu exagitata est. Quod vidēs quirianus: fugit: iubens sctām virginē in carcerem mitti. ℟. Qui me dignatus est ab omni plaga curare ⁊ mămillam meam meo pectori restituere. Ipsum inuoco deum viuum. ℣. Medicinam carnalem corpori meo nunq̄ exhibui sed habeo dominū iesum christum. Ipsum inuoco.

SAncta virgo Le. ix. agatha ingressa carcerem expandit manus suas ad deum: et dixit Domine qui me fecisti vincere tormenta carnificis: ignē ferrum et vincula: te deprecor vt accipias spiritum meum modo: quia tempus est vt me iubeas istud seculum derelinquere: et ad tuam misericordiam peruenire. Hec cum dixisset: cōtā omni populo emisit spiritum. Quod fideles populi audientes: tulerunt corpus eius: et posuerunt illud in sarcofago nouo ad laudem domini nostri iesu christi: cui est honor et gloria in secula amen. ℟ Beata agathes ingressa carcerē expādit manus suas ad deum: et dixit domine qui me fecisti vincere tormenta carnificum. Jube me domine ad tuam misericordiā peruenire. ℣ Gratias tibi ago domine iesu christe: qui me

feciſti vincere ferrū ignē ꝛ vincula. Jube me. Glozia patri. Jube me. Si infra ſeptuageſimā euenerit re incipiatur Ve. Beata aga the ingreſſa car. Hinaũt ps. Te deum. ỹ. Specie

Q tua. In laudib⁹. ā. Uis es tu qui veniſti ad me curare vulnera mea ego ſum apoſtolus chriſti: nichil in me dubites fīlia. ps. Dñs regnauit. ā. Me dicinam carnalem cozpozi meo nunq̃ exhibui: ſed ha beo dñz ieſum xp̃m: qui ſo lo ſermone reſtaurat vni uerſa. ps. Jubilate. ān. Gratias tibi ago dñe: quia memoz es mei: ꝛ miſiſti ad me apoſtolum tuū curare vulnera mea. ps. De⁹ de⁹ meus. ān Bñdico te pater dñi mei ieſu chriſti: qz per apoſtolum tuū māmillam meam meo pectozi reſtitui ſti. ps. Benedicite. ā. Qui me dignatus eſt ab oī pla ga curare: et māmillā meā meo pectozi reſtituere: ip ſum inuoco deum viuum. ps. Laudate. Cp̃m. Sa pientia vincit. ỹ⁹. Jeſu cozona. ỹ⁹. Adducentur. In euange. ān. Paganoz multitudo fugiens ad ſe pulchzū virginis: tulerūt velum eius contra ignem vt cōpzobaret dñs: q a pe riculis incendii meritū aga the martyzis ſue eos libe raret. ps. Bñdictus dñs. Oco. De⁹ qui iter cetera. Meōzia de. lxx. ſi euenerit Ad hozas añe de laudibus Cetera de cōi vnius virgi nis cū oōne pzpzia. Ad vs. añe de laud. ſup pſal. feria les. Cp̃m. Emuloz. ỹ⁹. Jeſu cozona virginū. ỹ⁹. Diffuſa eſt. In euāge. ā. Mentem ſanctam ſponta neum honozem deo: et pa trie liberationem. ps. Ma gnificat. Oratio vt ſupza. Memoz ia de ſanctis con feſſoribus ꝛ pontifi. pedaſto et amando. ān. Fulge bũt. ỹ. Sacerdotes. Oco Deus qui nos cōcedis. vt in cōi. Secōz cōfeſſoz vedaſti et amādi. Leō. l.

Egregia ꝛ omni acce ptione digna merita

ctoꝝ xpi pꝛeculũ vedasti ⁊ amandi: ctã celebꝛare cõsueuit ecclia. Sctũs ei vedastus: qꝛ sitienti amico vinũ de vacuo ꝓduxit vasculo: laudabile ⁊ diuturnum ctitatis suc ꝓbet testimoniũ. Xps igit in chana galilee de aqua vinum fecerat vedastus vero ex arido poculo vinũ ꝓduxerat. Magnũ igitur qd dns: sed maius ẽ qd gessit seruꝰ. Nõ tamen vedastũ dño: sꝫ dñz ꝓponumꝰ vedasto. Lcõ. ii

QUadã igit nocte dũ ctũs amãdus: vt illi mos erat oꝛaret: imũdꝰ spũs vnũ e famulis appꝛehensa manu trahebat ad mare: volens eũ demergi. Sed ildẽ puer qui trahebatur: magnis cepit vocibus clamare dicens Chꝛiste adiuua me: xpe adiuua me. Sꝫ malignꝰ spũs eidẽ puero insultãdo respõdit. Qualis xps? Sꝫ dũ puer qui trahebatur minime responderet: ait ctũs amandus. Dic illi fili. Xps filiꝰ dei viui crucifixꝰ. Statiꝙ ad vocẽ illius inimicus vt fumus euanuit. Lcõ. iii.

SAnctus etiã amãdus latronẽ quẽdam a periculo moꝛtis liberare volebat: sed apud iudicẽ hoc ipetrare nequibat. Latrone illo suspenso et defũcto et ppko ad pꝛopꝛia ꝛeuerso ctũs amandus aduenies: moꝛtuũ deposuit de ligno et tandiu sup eũ pꝛeces fuderat: donec eũ vite pꝛisti restituerat Hos igit cõfessoꝛes vedastũ. c. et amãdũ sicut celestis aula suscepit cũ gꝛia: ita nos eoꝝ pꝛecibꝰ diuina custodiat mia: et ad illam perducat gꝛiam: que nescit finiꝛi ꝑ secula. Cetera de cõi plurimoꝝ cõfes.

CSce scolastice ẏgi. l. i.

BEata igit scolastica: vt legimus nobilissimis oꝛta natalibꝰ: magnificentissimis floꝛuit virtutibus. Nã btũs papa gregoꝛiꝰ de sctõ bñdicto et soꝛoꝛe eiꝰ ita inquit. Soꝛoꝛ nãqꝫ scti bñdicti scolastica oipotenti dño ab ipo pueri cie tpe dedicata ad colloq̃a

fratris sui semel p annum venire cõsueuerat: ad quã vir dei non longe extra ianuã possessionis monasterii descendebat. Quodam vero die venit ex more: et totũ diẽ in dei laudibus sanctisq; colloquiis ducentes: incũbẽtibus iã noctis tenebris: simul acceperũt cibũ

Cum vero Lcõ. ii. Actus bñdict⁹ sororq; ei⁹ scolastica adhuc ad mẽsam sederent: soror ei⁹ rogauit eũ dicens. Quesso te frater: vt ista nocte me nõ deseras: vt vsq; mane de celestis vite gaudiis aliq̃d loquamur. Cui ille. Manere extra cellã nullaten⁹ possũ. At illa caput in mensa dñm rogatura declinauit. Cũq; leuaret de mẽsa caput: tanta chorusc atiõis virtus in tonitruũ vertit: et inundatio pluuie erupit: vt neq; venerabilis bñdictus: neq; fratres q̃ cũ eo aderant: extra limen loci: quo⁹ sederãt pẽdẽ mouere

Quo potuissent. Lcõ. iii. Quod vidẽs sctus benedictus: dixit. Parcat tibi soror o ipotẽs: q̃d est qõ fecisti? Cui illa. Ecce te rogaui: & audire me noluisti. Rogaui etiam dñm meũ: & exaudiuit me. Modo ergo si potes egredere & recede. Sic vero mansit cũ sorore inuitus: qui extra cellã monasterii noluit manere spõte rogat⁹. Cũq; die altero venerabilis femina scolastica ad cellã ppriã recessit vir dei bñdict⁹ ad monasteriũ rediit. Et ecce post triduũ in cella cõsistens: vidit eiusdẽ sororis sue aiaz celi secreta pẽnetrare. Qui tante ei⁹ glie cõgaudẽs: oi potenti deo gr̃as reddidit: eiusq; obitũ fratrib⁹ denũciauit. Cetera de cõi vni⁹ virginis nõ mar. ¶ Heti valentini martyr. Dẽo.

Presta q̃s ops de⁹: vt qui bti valẽtini martyris tui natalicia colimus a cũctis malis iminẽtibus ei⁹ intercessiõe liberemur.

Per dñm. Lcõ. i. Erat⁹ vir terraminẽsis ciuitatis presbiter valẽ

tinus bene viuēdo meruit virtutib⁹ adherere. Factū est aūt vt vnicus cratonis filius ceremon noie talem incurreret egritudinez: vt incuruat⁹ dorso: caput habens inter genua maneret et nullus medicus ei posset succurrere: dixit q̄ dā: germanū suuz a simili morbo per quendam valentinum presbiterum esse curatum et hortatur transmitti ad eum. Lectio. iii.

QVem cum veniente craton hospitio recepisset: filiū suum ceremonē ostendit ei: et cepit petere: vt sicut curauit germanū cōtei ita isti succurreret. Cui valentinus dixit. Crede ergo filiū dei verum deū esse iesum xp̄m: et oībus renūcia simulachris et videbis saluum filiū tuū. Tunc cratō vocauit coniugē suam et oēm familiā suā: et pedibus eius p̄strat⁹ cepit promittere: qm̄ si ille salu⁹ ēet oēs crederēt xp̄o. Lcō. iii.

QVnc valētinus iussit silentiū vnius dici et vni⁹ noctis fieri: et claustra hostium super se et puerū: et tota nocte in dei laudib⁹ et oratione pleuerauit. Sed spacio vnius hore trālacto surrexit puer sanissimus. Tūc cratō cū cōiuge sua et omni domo credens: baptizatus est. Tūc indignatio pene oim senatorū accē sa est: et tentū valentinum atq; virgis cesum incarcerauerūt. Et medio noctis silentio eiectum de carcere derollauerūt iussu placidii vrbis p̄fecti. Letera de cōmuni vni⁹ martyris.

SĀcte iuliane virginis et martyris. Lectio p̄ma.

IMperatoribus igit maximiani imperatoris scelestissimi xp̄ianorū p̄secutoris: extitit quedā vīgo iuliana noie: nobilis gēne: sed nobilioris fide. Que dū floreret p̄cherrima: a quodam nobili licet gentili et sacrilego ad maritales iuitatur amplexus. Cui⁹ nuptias prophanas dum virgo abhorreret: tormentis grauib⁹ est afflicta. Sz dū

nec idolis vel nuptiis consentiret: carceralibus mācipatur tenebris. Le. ii.

Veniens autē ad ipam dyabolus i figura angelica: dicens se e celo missum: blādis eam illecebris persuadet: vt idolis et nuptiis consentiendo: penas horrificas iam sibi paratas effugeret Sācta virgo christi iuliana ad sermonē dyaboli perterrita: cogitabat: quisnam esset: qui talia persuaderet. Que mox a deo edocta et corroborata apprehēdit dyabolū: ⁊ alligauit eū: ⁊ tādiu verberibus palā afflixit: donec oīa mala: que ab initio mundi fecerat: ꝓfessus est. Le. iii.

Deniq; educta de carcere iuliana: tormenta ꝓferre iussa est maiora: sed maiora ei a deo adhibita sunt prēsidia Nā oēs pēnas sibi illatas ac si epulas dulcissimas suscepit oblatas. Siquidē flamas ignium: et ollā superās feruentem: demū capitis decollatione martyriū cōsūmauit

Hulus virginis meritis et precibus adiuuemur: vt celestis gaudia sāctitatis consequamur: ipso ānuente: q̄ viuit et regnat deus in secula seculoꝝ amen. Cetera de cōmuni vnius v̄ginis et martyr. ¶ In cathedra sancti petri. Ad vesperas. Ā Quem dicunt homines esse filiū hois dixit ihesus discipulis suis rndēs petrus dixit tu es xp̄s filiꝰ dei viui ⁊ ego dico tibi q̄ tu es petrꝰ ⁊ sup hāc petrā edificabo ecclam meaz. pi ſet. ān. Petrꝰ ad se reuersus dixit nunc scio vere q̄ misit dñs āgelū suum ⁊ eripuit me de manu herodis ⁊ de oī expectatione plebis iudeoꝝ. ā. Dñe si tu es iube me venire ad te sup aquas et extendēs ihesꝰ manū apprehendit eū ⁊ dixit ihesus modice fidei quare dubitasti. ān Cūq; vidisset ventū validū veniētē timuit ⁊ cū cepisset mergi clamauit dicēs dñe saluū me fac. ā. Solue iubēte deo fratrū petre cathenas q̄ facis vt possideāt celestia regna tecū ⁊c.

PEtrus apostolus iesu christi electis aduenis dispersionis ponti galatie capadocie asye ⁊ bithinie secundum prescientiã dei patris in sanctificatione spiritus: in obedientia ⁊ aspersione sanguinis iesu christi gratia vobis et pax a deo multiplicetur. ℣. Quodcũq; ligaueris sup terrã erit ligatũ ⁊ i celis Et quodcũq; solueris sup terram erit solutũ et in celis. ℟ Tu es inquit petrus xpũs filius dei viui respondens dñs ait et ego dico tibi q; tu es petr⁹ et sup hanc petrã edificabo ecclam meã. Et quodcũq; Gloria patri. Et. ℣p⁹.

IAm bone pastor petre clemẽs accipe vota pre cãtum ⁊ peti vincla resolue tibi potestate tradita: qua cũctis celũ ỽbo claudis aperis. ℣p⁹ Annue xpe. ỽ. Ex altẽt eũ in eccla plebis Et i cathedra senior laudẽt eũ In euãg. an. Tu es pastor ouium princeps apostolor: tibi tradite sunt claues regni celor. ℟s Magt. oro.

DEus q; btõ petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis ligãdi atq; soluẽdi pontificiũ tradidisti: concede: vt intercessionis eius auxilio a peccatorum nostror nexibus liberemur Qui viuis ⁊ reg.

Memoria de lxx. vel. xl. vtralibet euenerit. Quocunq; die sabbati .lxx. vel xl. euenerit istud festum beati petri: habebit oino ultimas vesp. suas. Et mem. fiet de .lxx. vel. xl. ¶ Et si hoc festũ in pma dñica vel aliis dñicis .xl. euenerit differatur festũ in scdam feriam et in dñica habebit oino primas vcs. suas ⁊ memoria fiet de dñica prout plenius notatur de hoc et de aliis i magna rubrica i sabbato. xl. Ad matutinas. Inuitat. Pastori cũmo iubilemus corde iocũdo Qui claues petro celor contulit almo. ℟ Venite ℣p⁹. Eterna xpi munera. In. i. no. ã Pontificalis aper venerator iure cathedre: quã primũ meritis petr⁹ acrẽdit ho

tilis. ℣s Celi enarrant. ℟n Hic sup excelse polit⁹ fundamina petre: moribus exornat humeri quos vita reportat. ℣s Benedicam. ℟n Anthiochena polis diuini lumine solis: irradiata sacrũ decus hoc colit ois et orbis. ℣s Eructauit. ℣. In omnem. Leõ pma.

INstitutio festiuitatis hodierne a senioribus nr̃is cathedre nomẽ accepit: ideo q primus apostolorum petrus hodie epyscopatus cathedram suscepisse referatur. Recte ergo ecclesia natalẽ sedis illius colit: quam apostolus p eius salute susscepit. dicẽte ei dño. Tu es petrus ⁊ sup hanc petram edificabo ecclesiam meam ℟. Symon petre anteq̃ de naui vocarem te noui te et sup plebem meaz p̃cipẽ te cõstitui Et claues regni celoz tradidi tibi. ℣. Qcũq; ligaueri sup trã erit ligatũ ⁊ i celis ⁊ qcũq; solueris sr̃ terzã erit solutũ ⁊ i ce

Petrũ itaq; lis. Et. cũdamẽtũ ecclie noia uit dñs. Et ideo digne hoc cũdamẽtũ generalis ecclia colit: supza quod sui edificii celsitudo consurgit An de conuenienter psalm⁹ dicit, Exaltent eũ in ecclesia plebis: et in cathedza seniorum laudẽt eum Dignum ergo est: vt fundamentum hoc in ecclesia honozetur: per quod ad celum ascendi tur. Quod natalis ergo cathedze beati petri hodie colitur: sacerdotale officium honozatur. Que etiam tãto necesse est: vt plus habeat i ecclesia dignitatis: quãto sacerdotale officiũ plus est honozis. ℟. Si diligis me symon petre pasce oues meas dñe tu nosti q; amo te. Et animã meam pono pzo te. ℣. Et si opoztuerit me mozi tecum nõ te negabo Et aiam Leõ tercia

Dies ergo hec fratres carissimi a nobis merito honozatur: quia dum natale cathedze colimus: epyscopatum petri aposto stoli veneramur. Huius autem solennii religio: sic

in ecclia introducta est. Cū
eni pretrāsiret apl̄us dille
minās verbū vite: ⁊ funda
mentū iaciens ecclie: cum
appropinquaret āthiochiā:
cepit p nicetā et aquilā to-
ta ciuitas audire: q petrus
aduentaret. Omis autē pp
pulus anthiochie ciuitatis
audientes petrum venire:
occurrerunt ei. Dēlq; ma-
iores natu et nobiles cine-
res sparserunt in capite:
multiq; cilicio induti sunt:
nudis pedibus penitentiā
agentes: quod contra pre-
dicationē eius cum symo-
ne mago consensissent. ℟
Tu es petrus ⁊ sup hāc pe
trā edificabo ecclesiam meā:
et portę iferi nō prevalebūt
aduersus eā. Et tibi dabo
claues regni celor. ℣ Quō-
cūq; ligaueris sup terrā erit
ligatū ⁊ i celis et qcūcūq; sol
ueris sup terrā erit solutū
et i celis. Et tibi. Gla Et ē.
In ii. no. ā. Huius amore
deus seruor terge reatus:
vt tibi placuit placitos nos
reddere possit. ℣. Dēs gen
tes. ā Pāde tuis celos quos
seruas mane sacerdos ne ti
bi ꝓmissos inuadat pestifer
agnos. ℣ Exaudi de⁹ de. ā
Hydera scālur⁹ terrisq;
hinc dona daturus: qs sibi
elegit tibi xp̄s petre subegit
p̄s. Exaudi deus oro̅nē. ℣

Hec Cōstitues. l. iiii
⁊ his similia plenter
offert ei vexatos lāguoribz
⁊ demoniis fatigatos: para
liticos quoq; ⁊ diuersa picu
la patientes. Et erat infinita
multitudo lāguentiū Quos
ocs hac voce alloquitur Si-
mīlē vobis hoiem me cē vi
dentes: nolite putare: q a
me possit recupare salutē:
sed p eū q de celo descēdēs
ostendit credentibz sibi verā
aie ⁊ corpis medicinā. Ih
vox vra testem habeat hūc
ocm ppm: qz ex toto corde
creditis i dm̄ ielū xp̄m: vt
sciāt etiam seipsos ab ip-
so per nos posse saluari.
℟. Dñe si tu es iube me ve
nire ad te sup aq̄s Et exten
dens manū app̄hendit eū ⁊ di
xit ielus modice fidei quare
dubitasti ⁊ ℣. Cūq; vidisset
vētū validū venientē timuit

et cū cepisset mergi clamauit dicēs: dñe saluū me fac

Et extendēs. Luc. v.

Amqz omis multitudo infirmātiū vna voce clamauerat: hūc eē verū deū quē petr⁹ ānūciabat: subito īmēsū lumē gratie dei i medio plebis appuit. Et cepe cūt paralitici currere ad pedes petri sani: ceci recepto visu clamare: claudi restaurato gressu gras deo agere: languētes recepta sanitate gaudere. Nōnulli etiā solo flatu viuētes iā sine sensu et sñ voce recuperati sūt. Tā tā itaqz spūssūs in illa die gre sue vtutē oñdit vt oēs a minimo vsqz ad maximū vna voce cōfiterēt deū. Ego p te rogaui petre vt nō deficiat fides tua Et tu aliquādo querl⁹ cfirma frēs tuos. v. Symō ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticū ego autē rogaui p te. Et tu. Luc. vi.

Infra igitur septem dies plusqz decēmilia holes credētes deo baptismatis sūt sctificatione consecrati: ita vt oi auiditatis desiderio theophilus q erat cūctis potētib⁹ in ciuitate sublimioz: dom⁹ sue ingētē basilicā ecclie noie cōsecraret: in qua petro apl'o cōstituta est ab omi ppl'o cathedra septimo Kalēdas martias: ⁊ ois deinceps multitudo quotidie ad audiēdū verbū dei cōueniēs credebāt sane doctrine: quā sanitatum efficacitas affirmabat. Quodcūqz ligaueris sup trā erit ligatū et i celis Et qcūqz solueris sup terrā erit solutū ⁊ in celis. v. Tu es inqt petr⁹ xps filiꝰ dei viui respōdēs dñs ait et ego dico tibi q; tu es petr⁹ et sup hāc petrā edificabo eccliam meā. Et. Glia Et. In. iii. noc. ā. Qui regni claues ⁊ curā gestat ouilis pclis quoqz pio vite renouatur orīgo. ps. Cōfitebimur. ā. Huic celi terreqz petro cōmisit habenas: vt reseret claulis: ⁊ soluat vī cla ligata. ps. Dñs reg. ex. ān. Solue iubēte deo trax petre cathenas: q facis vt

pateãt celestia regna btis. ps. Dñs reg. iralcã. ℣. Nimis ho. Scdm Matheũ.

IN illo tpe. Venit ie-sus in partes cesaree philippi: ⁊ interrogauit discipulos suos dicẽs. Quẽ dicũt hoies esse filiũ hois? Et rel. Dme. bti hiet. pl.

ISte philippus frater fuit herodis iunioris sub quo dñs passus est: filius herodis illius sub quo dñs natus esse legitur: qui i honore tyberii cesaris ciuitatẽ quandã restaurauit et eam ex noie cesaris atq; sui: cesareã philippi noiauit. In hac ergo ciuitate: hoc est in cesarea philippi: tradunt hystorie reges romanos solitos fuisse ab vniuerso regno tributa pcipe. ℟. Quẽ dicunt hoies esse filiũ hois dixit iesus discipulis suis: respondens petrus dixit: tu es xps filius dei viui. Et ego dico tibi q; tu es petrus et super hanc petraz edificabo ecclesiam meã. ℣. Beatus es symon bariona q; caro et sanguis non reuelauit tibi: sz pater me⁹ q̃ est in celis. Et ego.

DIgnum Leõ. viii ergo fuit vt vbi rex terren⁹ censũ a sibi subiectis exigebat: ibi rex celestis a suis subditis censum fidei requireret dicẽs. Quẽ dicũt hoies esse filiũ hois? Querit dñs de cõtẽcia vulgi: nõq; ipe ignoraret que de se vulgus sentiret. sz vt cõfessio apostolorũ pmiũ cõsequeretur. Simul etiã his verbis exemplũ dedit epyscopis et pelatis ecclesie vt a suis requirant. cuius opinionis sit apud populũ. ℟. Tu es pastor ouium princeps apostolorũ tibi tradidit deus omia regna mundi. Et ideo tradite sunt tibi claues regni celorum. ℣. Tibi em a dño collata est potestas ligãdi atq; soluendi. Et ideo tra.

CUm dñs Leõ. ix. interrogasset discipulos quẽ eũ dicerẽt esse homies. ⁊ illi diuersas diuersor; opiniões pomplissent dicit illis Vos aũt quẽ me

esse dicitis? Respõdens sy
mon petrus: dixit. Tu es
xps filius dei viui. Respõ
dens aũt ihesus dixit. Btũs
es symon bariona: qz caro
et sanguis nõ reuelauit ti=
bi: sed pater meus qui i ce
lis est. Bariona filiꝰ colũ=
be dicit. Filius aũt colũbe
recte vocatur petrꝰ apłus
qz prudenti ac pia simplici
tate dñz sequebat. Dñs ei
xps filius dei per naturaz:
petrꝰ vero sicut ceteri ele=
cti filius est spũscti p gr̃az
℟. Petre amas me tu scis
dñe qz amo te Pasce oues
meas. ℣. Symon iohãnis
diligis me plus his: tu scis
dñe qz amo te. Pasce. Glo
ria patri. Pasce oues. ℟s.
Te deum. ℣ꝰ. Exaltent
eum in ecclesia plebis. Et.

Symon Jn lau. ãn.
iohis diligis me plus
his. tu scis dñe qz amo te.
℟s. Dñs regnauit. ãn. Pe
tre amas me: pasce oues
meas. tu scis dñe qz amo te
℟s. Jubilate. ãn. Caro et
sanguis non reuelauit tibi
sed pater meus qui est in ce
lis. ℟s. Deus deus meus.
ãn. Ego pro te rogaui pe=
tre vt nõ deficiat fides tua
et tu aliquando cõuersus
cõfirma fratres tuos. ℟s.
Benedicite. ãn. Tu es pe
trus. et sup hanc petrã edi
ficabo eccl̃iam meam. ℟s.
Laudate. Cpm. Petrus
apostolꝰ. Jn euãgelio. ãn.
Quodcunqz ligaueris sup
terrã erit ligatũ et in celis
et quodcunqz solueris sup
terrã erit solutũ et in celis
dicit dñs symoni petro. ℟s
Bñ dictus. Oco. vtš. Be
moria vtš. Ad primã. ãn.
Symõ iohãnis diligis me
plus his. tu scis dñe quia
amo te. ℟s. Deus in noie.
ãn. Gratias. ℟s. Quicũqz
Ad terciã. ãn. Petre amas
me. ℟s. Legẽ pone. Cpm.
Petrus apostolus. ℟. In
oẽm terrã. Oco. Deꝰ qui.
Ad sextam. ãn. Caro et sã
guis. ℟s. Defecit. Cap̃m.
Jã non estis hospites. ℟.
Constitues eos. Oco. vtš
Ad. ix. ãn. Tu es petrus.
℟s. Mirabilia. Cpm. Per
manus. ℟. Nimis hono.

Oratio vt̄s. Ad vesp̄as. ā. Symon iohānis. ℟ cetere ant̄e de laudib⁹ cū psalmis de apostolis. Cōm. Petr⁹ apostol⁹. ℣. Petre amas me. Hymn⁹. Exultet celū laudibus. ℣. Exaltēt. ān. Symon bariona tu vocaberis cephas qđ interp̄etatur petr⁹ ianitor celi pulsantibus aperi. sup̄a modū peccauimus oēs dimitte septuagies septies. p̄s. Magnificat. Oratio vt̄s. Memoria vt̄s. ¶ Quādo vero festum scī petri in cathedra differt. tūc ad sedal vs̄. incipiēdum est ad cōm de sācto mathia nisi fuerit annus bisextilis. Nā quādo bisextus cōtigerit: festū bti mathie apli fiet quarto die a festo scī petri in cathedra vtroq; die computato. Et si anno bisextili dies scī petri in cathedra cōtingat dñica in q̄nquagesima fiat de sancto mathia in die cinerum. Cōmunibus vero annis tertia die celebr̄etur et cetera. ¶ Sācti mathie apostoli ad vesperas ant̄e. Vos qui reliquistis. et ī. Psalmi feriales. Cap̄m. Non vos. ℟m. Qui sunt isti qui vt. Hymnus.

QUathia iuste duodeno solio residens sortenos a cunctis nexib⁹ solue peccati vere lucis gaudiis quo perfruamur tuis sctis p̄ecibus. Hy⁹. Annue x̄pe ℣. In omnem terram exi. In euāgelio. ān. Beati eritis ℣s. Magnificat anima mea dominū. Oratio.

DEus qui beatum mathiam apostolor̄ tuor̄ collegio sociasti: tribue quesumus: vt eius intercessione tue circa nos pietatis semp̄ viscera sentiamus. Per dñm nostrum.

¶ Memoria de septuagesima vel q̄dragesima vtra libet euenerit. Ad matuti. Inuitatorium. Regē apostolorum dñm et cetera vt in communi apostolorum.

HAec Lectio p̄ima solennem diem beati mathie celebr̄amus: quē apl̄or̄ electio in apostolatū constituit: vt ꝑ ta digni

tas esset in eis quos principes mundi supna ordinauit diuinitas: mundo vbique patescere. De quo nemo ambigere debet verum apostolum eū existere: quia qui paulum vocauit de celo: vt vas esset electionis: huic affuit in terris: vt honorem apostolici sortiretur culminis. Leō lecta.

Quam omia apostolor opa: sed spiritus cōfirmauit gratia. Nam petrus deo fidentissimus qui claues meruit retinere celorum: iure perditum repatrauit numerū apostolorum vtens sua potestate: vt qui primus erat in auctoritate primus esset in electionis dignitate. Le. iii

Macas enī aliter mathias ad aplatū puenerit: subtiliter innotuit dicens Exurgēs petrus in medio fratrū dixit. Erat autē turba hominū simul fere centum viginti. Viri fres oportet impleri scripturā quā predixit spiritus sāctus per os dauid de iuda q fuit dux eor qui prehēderunt iesum: q connumerat⁹ erat in nobis et sortit⁹ est sortē ministerii hui⁹. Le. iiii

In vndenario numero petr⁹ remanere apostolos timuit. Dē enī petrm vndenariū est: quia dū qs peruerse agit: precepta decalogi trālit. Btūs igitur petr⁹ alium p iuda ordinare volens apostolū: nō hunc neophytum sed pbatū ex tpe curauit eligere videlicet ex eor numero virorū qui ab initio erāt cum dño: et que apud illū viderūt et audierunt absq vlla ābiguitate predicare valebāt. Le. v

Statuerūt duos ioseph qui vocabat barsabas: qui cognominat⁹ est iustus: et mathiā. et orātes dixerunt. Tu domine q cor da nosti oim: ostende quem elegeris ex his duob⁹ vnū accipere locū ministerii huius et apostolatus de quo preuaricatus est iudas: vt abiret in locum suum id est m profundū inferni. Hi ābo qui ad sortē apostolat⁹ sta-

tuti sūt: barsabas videlicet et mathias: de numero fuerunt septuagita discipulo=

IGitur rū xpi. l. vi fratres barsabas filius quietis: mathias dei parvus interpretatur De quo orator inquit O quantū distant humana supernis indiciis. Parui merito transcenditur ille laudi hoim q iustus erat. Et dederūt sortes eis: et cecidit sors super mathiā: et ānumeratus est cum vndecim apostolis Cuius meritis sēp muniamur vt ad gaudia celestia subleuemur: p eū qui viuit et regnat i secula seculoy amen

In iii. no. a. Exaltabūtur cornua iusti in eternū. ps. Confitebimur. ā. Lux orta est iusto rectis corde letitia. ps Dns reg. ex. ā Custodiebant testimonia eius et precepta eius que dedit illis. ps. Dns reg. iralcātur

d Nimis hono. O. matb.

IN illo tpe Respōdens Iesus dixit. Confiteor tibi pater dne celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis Et p

Omelia bti augustini epi scopi. Lectio vii.

QAgna et inestimabilis dei clemētia i huius euangelii lectione nobis commendatur. Que enim excellentior esse poterat pietas: quam vt filius dei per quem facta sūt omnia: pro manifestata sapiētia auditoribz suis deo patri gratias referret. le. viii

Idcirco cū gaudio summo suscipiendum est: q dominus exhilaratꝰ i spiritu patri dixerit Confiteor tibi pater dne celi et terre. Confessio enī non sēper ad peccati accusationem: sed aliquādo ad laudis pertinet declarationem sicut in hoc loco. Chzistus nāq patrē suū dnm celi et terre vocat: vt imēsā pietatē sue nobis insinuet bonitatem.

QVid enī reue le. ix. lauerit discipulis suis aperitur cum dicitur Quia abscondisti hec archana que de ore meo egrediuntur: a

diūtur: a sapientibus ꝛ pru dētibus: et reuelasti ea parvulis Sapientia que apostolis ꝺpetiebatur: cunctis sapientibus ꝛ prudenibus et philosophis mundi occultabatur. In euangelio ān. Estote prudentes. Et finiatur sicut regnū eternū dicit dominus. ps. Benedictus. Oratio vt supra. cetera tam ad matutinas horas q̄ ad vesperas de communi cum oratione propria vt supra. ¶ Sancti albini epi et confessoris. Lectio prima.

BEatus igitur albin⁹ nobilibus ortus natalibꝫ: studiis litterarꝫ est traditus i breui doctrina ꝛ moribus sanctis profecit. Regiis deinceps ministeriis adhesit regis persuasione: aduersantiumq̄ hostium iniqua proposita auctoritatis mucrone conuertit. Et cū a semita mādatorꝫ xp̄i non recesserit: cler⁹ ac pp̄s andegauēsis vbis vnanimi voluntate ꝛ pari ꝓcessu btm albinū dignū epatu asserebat et sibi dari petebant. Le. ii.

SAnctus vero albinus ad epatus dignitatē vocatus: occulte cilicio indutus: elemosinis q̄ intentus: multis ieiuniis macerabat corpus. Huius sancti viri conuiuia non cum diuitibus erāt: sed cū egenis et pauperibus quibus multa impendebat beneficia: non ad impletionē sed ad sui sustentationē: cibū moderate sumens psalmis hymnis et cāticis spiritalibus inuigilabat. Le. iii.

CUm vero ecclesiam sibi cōmissam ecclesiasticis institutionibus informasset: victor carnis de corona securus de incolatu huius seculi migrauit. Denicꝫ cum ad superne vocationis sue bꝛauium peruenisset: et ad vrbem andegauensem delatus fuisset: posteriores qui feretrum portabant: casu ceciderunt: et vt creditur: virtutes angelice illud susceperūt Ibi vo requiescēs in dño: multa pretentibꝫ cōfert bñficia Per

cuius btā merita ꝓkerat ie
ſus xp̄s dñs nr̄ deliderata
nobis gaudia. Cetera vni⁹
cōfeſſ. et pontificis. ¶ In
feſto ſcī cedde epi et ꝓfeſſ.
adveſ. ãe et pſalmi feria-
les. cetera de cōi. Le. ꝑma

¶ Empozibus olvvy
nozthymilyymbzoz re
gis: vir dñi cedda in lindif
fernēſi inſula: i loco qui di
citur leſtingay: in monaſte
rio ſācte marie monachicā
vitā iuxta ſcōz patrū inſti-
tutionē agebat. Le. ii.
Unqz vilfrid⁹ in par
tibus trāſmarinis demoza
retur: rex olvvy miſit can
ciam cedda virū ſcīm mo-
deſtum inozibz vt ebozacē-
ſis ozdinaretur epyſcopus
Non erat tunc Le. iii.
excepto illo vnus in
tota bzitania canonice con
ſecratus epyſcopus. Con-
ſecratus in epyſcopū ced-
da maximā moz cepit eccle
ſiaſtice veritati et caſtitati
curā impendere: humilita-
te cōtinentie lectioni ope-
ram dare. Le. iiii
Veniens poſtea bzita-
niā vvilfridus iam epūs ſa-
ctus et ad eccleſiā vnde oz-
dinand⁹ diſceſſerat: redit
Erat fere ipſo tempoze ro-
me monachus noie theodo
rus: qui ozdinatus eſt a vi-
taliano papa atqz eccleſiis
angloz missus. Le. v.
Peruenit autē ſdē theo
dozus in bzitaniam: ꝛ
ceddam epm cum argueret
non fuiſſe rite conſecratū:
reſpondit voce humilima.
Si me inquit noſti epatuz
non rite ſuſcepiſſe: libēter
ab officio diſcedo. Le. vi.
Interea pzouincie mer
ciorum rex vvlferus
pzefuit: q̄ cum moztuo iam
anno illi⁹ pzouincie epi
ſcopo: ſibi q̄qz ſuis a theo-
dozo epiſcopū dari peteret
ac theodozus poſtulauit a
rege olvvy: vt illis epyſco
pus cedda daretur. Le. vii
Nolite timere: puſil-
lus grex. ⁊c. vt in cō
muni. Le. octaua.
Uſceptūqz epatū gē-
tis mercioz ⁊ lindiſferoz
cedda: iuxta exēpla patrū:
in magna vite perfection

ministrare curauit. ℣. ix

HAbuit autem sanct⁹ cedda sedē episcopa-lem in loco qui dicit liche-feld: in quo defunctus ac sepultus est vbiusq; hodie sequētium quoq; puincie illius ep̄orum sedes est Fe cerat vero sanct⁹ cedda si-bi mansionē non longe ab ecclesia remotiorē: in qua secretius cum paucis id est septem siue octo fratribus quoticns a labore et mini-sterio dei vacabat: orare ac legere solebat. Cetera de cōmuni vnius confessoris et pōtificis. ℭ Sancti gre gorii pape. Ad vesp̄as. ān. Amauit. cū psalmis feria-libus. Capitulū. Ecce sa-cerdos. Ry Propter intol-lerabiles. Hymn⁹. Iste cō fessor. ℣. Amauit eum dñs In euāgelio. ān. Egregio beatitudinis tue preconio triumphat vniuersalis ec-clesia per te nobiliter insti tuta: aue papa isignissime romanorum decus: anglo-rum gloria: fuerorum leti-cia: sācte gregori iterueni

as p̄o nostra omniusq; sa-lute. ℟. Magr. Oratio. DEus q̄ anime famu-li tui gregorii eterne beatitudinis premia cōtu-listi: cōce de propicius: vt q̄ peccatorū nostrorum pon-dere premimur: eius apud te precibus subleuemur. Per dñm. Memo. de qua dragesima. Ad matutinas Inuitatorium. Adorem⁹ christum regem confessorū dominū. Qui eterna san-ctum gregorium corona-uit gloria. ℟. Venite exul temus. Hymnus. Iste cō-fessor. In primo nocturno ān. Gloriosa magnificri vo luntas gregorii fructum reddidit domino tempore continuo. ℟. Beatus vir. ān. Instabat eni precibus diebus ac noctibus assti-tus a dño predicatori maxi mus. ℟. Quare fremue-rūt gē. ā. Erat ei p oibus cura grandis gentiū: ora bat specialius p anglis gē-tilib⁹. ℟. Dñe quid multi plicati sunt. ℣. Amauit eū dominus. Lectio prima.

GRegorius igitur genere roman⁹: patre gordiano editus: non solū spectabili senatorū prosapia: verūetiā religiosā origine duxit. Tādem patre orbatus: ter monasteria in ciciliā fabricans: sufficientibus fratrib⁹ cumulauit. Septimū vero itra roma ne vrbis menia instituit: in quo ipse monachicum capiens indumentū: sub abbatis regula militauit. Fulgebat in venerādo duplex decus gregorio: senatoria dignitas secundū legē seculi: voluntaria paupertas. Juxta p̄ceptū dñi. ℣. Beatus vir qui metuit dñm: in mandatis eius cupit nimis. Juxta p̄ceptū domini. Lectio secunda.

QUam igitur quadam die aduenientibus nuper negociatoribus: multa venalia in foro romane vrbis fuissent collata: multiq; ad emēdū vndiq; fluerent: contigit ⁊ gregorium ante scilicet ꝓ pontificale decus haberet cum ceteris aduenisse ac inter alia vidisse pueros venales positos: corpore candidos: forma pulcherrimos: vultu venustos: capillorū nitore perspicuos. Propter intollerabiles rex curas mūdanarū reculsabat p̄latū suscipere romanorū. Sed victus p̄ce populi suscepit iugū dñi. ℣. Nec fecit proximo suo malū ⁊ opprobrium non accepit aduersus p̄ximos suos. Sed. ℣. iii.

INterrogauit aūt beatus gregorius mercatorē de qua patria illos attulisset. Dictūq; est illi q; de britania insula essent: ⁊ cuius incole quāuis pagani tamen omnes tali decore niterent. Rursum interrogat quod esset vocabulū illius gentis? Mercator respondit. Angli vocantur. At ille. Bene inquit angli quasi angeli: quia ⁊ angelicos vultus habent: ⁊ tales in celis angelorū decet esse conciues. ℣. Videns ergo vir beatus anglorum casu pueros bene inquit bene an

gli vultu nitent vt angeli. Oportet illis mõstrari iter salutis eterne. ℣. Quoniã domini est regnũ ℟ ipse dominabitur gentiũ. Oportet. Gloria patri. Oportet

In secundo nocturno ãn. Exãudiuit ergo deus orantem gregoriũ et saluauit q̃ baptismũ angloꝝ exercitũ ps. Cum inuocarẽ. ãn. Ecce gens que prius monstra colebat et idola: nunc orat ad templũ dei in timore domini. ps. Verba mea. ãn. Nunc ergo nomẽ domini laudemus mirabile qui direxit vias nostras vltra maris semitas. ps. Dixit dñs. ℣. Justũ deduxit. Lc. iiii.

Accedens igit beatus gregorius ad benedictum sedis apostolice pontificem: rogauit vt gẽti angloꝝ predicatores mitteret: alleres seipsum in hoc opus domino cooperante esse paratum. Quod dum perficere romanis obstantibus non posset: mox vt ipse pontificatus officio fũctus est: misit ad gentẽ angloꝝ augustinũ cũ multis deum timentibus monachis qui intra breue tẽporis spactum: regem ipm cum suo populo ad christũ conuerterunt. ℣. Dũ oraret i obscuro seruꝰ dei oraculo lux immensa super eũ resplenduit post triduum. Hoc signo cunctis ꝓditus papa vrbis est effectus. ℣. Quia misericordiã et veritatem diligit deus gratiam ℟ gloriam dabit dominus. Hoc signo.

Lectio quinta.

Deniq; venerabil põtifex benedictus violenter sanctum gregorium a mõasterio suo abstrahẽs leuitam septimũ ad suum adiutorium consecrauit. Igitur postq̃ romam venerabilis leuita reuersus est: tantũ tyberis fluuius excreuit: vt eius vnda super muros vrbis iflueret ℟ multitudo serpentium cũ magno draconẽ in modũ trabis valide per tyberim fluminis alueum in mare descẽdit: sed sine mora suffocate bestie in litore decide-

runt: cuaq; putredine totum aerem coꝛruperunt. ℟. Oꝛante beatissimo ad dominum gregoꝛio Sanata est plebs romana a peste inguinaria. ℣. Multum enim valet depꝛecatio iusti assidua. Sana. Lctō. vi. Secuta ē cuestigio clades inguinaria q̄ romanā vꝛbem laniauit: pꝛimumq; pelagium papam extinxit: et postea in reliquum vulgus desseuit. Igitur dum magna populi multitudo iuxta pꝛeceptū gregoꝛii leuite die cōstituta ad dominum rogatura venisset: lues ipsa ita desseuit vt intra vnius hoꝛe spacium octoginta homines in conspectu omniū spiritum exalarent. Sed nequaq; sanctus gregoꝛius leuita destitit ab oꝛatione: donec miseratione diuina pestis ipsa quiesceret. ℟. Uere felicē pꝛesulem vere fidei doctorem quo petēte panis chꝛisti. Foꝛmam accepit digiti ad firmandam plebis fidē versus in cruentam carnē ℣. A domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Foꝛmam. Gloria patri. Foꝛmā accepit. In tercio nocturno. ān. Dominus de summo celo per sanctum gregoꝛiū ditauit fidei dono angloꝛū collegium. ꝑs. In domino cōfido. ān. Quoniā non fuit dolus in sctō gregoꝛio ideo nunc requiescit in pace cū domino. ꝑs Domine quis habitabit. ān. Quomodo multiplicasti tuā deus gratiam per beatum gregoꝛiū gentem saluans anglicam nūc pꝛetende iā fideli hāc misericoꝛdiā vt possit seruare tuam deuota iusticiā ꝑs Domine in virtute tua ℣lus. Magnificauit eum. Expositio. Uos estis lux mundi. Omelia vt in communi. ℟ Laudabile miraculum per beatum gregoꝛium indulsit deus omniū Traiani quippe animam iam olim penis traditā placatus sancti lachꝛymis reuocauit ab inferis. ℣ Omnia quecūq; voluit domin⁹

fecit in celo et in terra ī ma ri et in omnibus abyssis. Traiani quippe animam.

Lectio octaua.

POst hec beatus gregorius dum agnouisset populum pari inspiratione velle vt pontifex eis ꝓficeretur: occulte de vrbe egrediens loca remotiora expetiit. Vbi cū oratiōibꝫ occuparetur et ab omnibꝫ quereret: post triduum fulgide iudicio colūne lucra eum de celo splendente inuenitur: sicqꝫ capitur: trahitur: cōsecratur: ac papa vrbis efficitur. ℟. Hodie preclarissimus deo dignus eppscopus et angloꝝ apostolus. A terrenis separat⁹ coniunctus est celestibꝫ cū gloria gregorius ait⁹. Ecce vere israelita in quo dolus non est A terrenis separatus.

Lectio nona.

IPse vero ad mensam suā peregrinos quoslibet inuitabat. Inter quos die quadam vnus accessit: in cuius manibus dum ipse aquam fundere vellet: conuersus vt ceum acceptu rus: repente eum non inuenit. Sed eadem nocte dominus ei per visionem dixit. Ceteris diebus me in membris meis: hesterno autem die me in memetipso suscepisti. Beatus igitur pontifex gregorius sedem romane ecclesie annis. xiii. et mensibus sex: diebus decem gloriossime rexit: sicqꝫ ex hac luce subtractus ad eternam regni celestis sedem est translatus: cuius interuentu nobis dominus sit propicius: qui viuit et regnat in secula seculoꝝ amen. ℟. O pastor apostolice o defensor ecclesie gregori confessor christi: eruditor augustini: presta nobis auxilium Per dominum iesum christum. ℟. Memor esto congregationis tue quam adquisisti gratia christi. Per dominum. Gloria patri. Per dominum Incipiatur Rem. O pastor apostolo. Prosa. Iesum xpm quem peccādo desinenter offen-

dimus. ℣. Nobis tua ꝓpicium ꝓece sentire mereamur. ℣ Et quem districtū nobis timemus iudicem. ℣ Dium in celis per te vite largitoꝛem. ℣ Tecum habeamus iesum chꝛistum.

Versiculus. Oꝛa ꝓo nobis

O In laudibus. ā.

Admirabile beati gregoꝛii meritum: quo intercedente ossa dominici coꝛpoꝛis pars digiti auricularis sanguine cruentata inuenta ac ostensa est. ꝑs. Dominus regnauit. ā. Ad huius quoq; spectat meritum qꝺ traiani paganissimi animā oꝛationibus ac lachꝛymis mercatam ex ipsa inferoꝛū conclaui eripuit. ꝑs. Jubilate deo. ān. Eius quoq; laudabile ꝓconium est ꝙ anglοꝛum ecclesia noua semper sobole fecundatur ꝑs. Deus deus meus. ān. Iplius quoq; gloꝛie ascribitur ꝙ suelοꝛum glia vna cum sanctis ibi qui ielcentibus eius ꝓecibus constare vꝺetur. ꝑs Vidicite. ā Laudemus dñm ꝙ doctrinis btissimi gregoꝛii multi per oꝛbem vniuersū de peccato elongati reuertuntur ad chꝛisti clementiam. ꝑs. Laudate. Cꝑm. Benedictionem. Hym⁹. Jesu redēptoꝛ. ℣ Justꝰ germi. In cuāge. ā Hodie vas electionis habitaculū spiritussācti beatissimus gregoꝛius pontifex ex hac luce subtractus ad eterni regni sedem est translatus. ꝑs Vidicꝰ Oꝛatio vt supꝛa. Memoꝛia vt supꝛa. Ad hoꝛas añe de laudibus. cetera de cōmuni cum oꝛatione ꝓpꝛia. Ad vesperas añe de laudibus ꝓsal. feriales. Cꝑm. Vidictionem. ℣. O pastoꝛ. sed sine ꝓsa. Hymn⁹. Jesu redēptoꝛ. ℣. Amauit eū. In cuāge. ā. Gaudeamus vniuersi eccle filii gaudeat specialius nunc āgloꝛ populus ꝙ beatum gregoꝛium 2uersus ad dñm cuius vita ⁊ meritum fulget ꝑpetuum. ꝑs. Magnificat Oꝛō vt s. Mēo. de. xl. Hi festū sci cuthberti i aliqua dñica a dñica ꝓma xl. vsq;

ad dīc palmar eueneritꝫ qr ꝓpter festū scī bñdicti in crastinū differri nō potest: anticipet et fiat die sabbato p̄cedēte Vespe ãe i dicto sabbato erūt de dñica ⁊ memo. de sācto cuthberto put pleni⁹ colligit ex magna rubrica polita s̄ i sabbato. xl.

¶ Si festum sancti cuthberti feria sexta ante diem palmar contigerit: fiat de eo seruitium ipsa feria sexta: sed quia tunc in sabbato sequēti dicendum est de festo annunciationis beate marie virgis: p̄occupet festum scī Bñdicti: et fiat de eo feria. v. p̄cedenti. Si vero dictū festū sācti cuthberti in vigilia pal. vel die ipso palmar seu in crastino ipsius dici ꝙtigerit: anticipet vna cum festo sācti bñdicti et fiat de scto cuthberto feria. v. p̄cedēti ⁊ feria. vi. de scto bñdicto: qr tunc etiam in ipo sabbato dicet de annūciatiōe bte ma. vgis prout infra dicet. Cū aūt festū scī cuthberti i crastino palmar ꝙtigerit tūc nō poterit dici de eo. viii. die p̄cedenti. videlz feria. ii. ꝓpter dñicã in passione. ꝓpter seruiciū sācti gregorii quod tunc trālferendū est ad dictã feriã. ii. Si vero p̄dicta festa scōr cuthberti et bñdicti inter crastinū palmar ⁊ festū pasche ꝙtingãt p̄occupētur ⁊ fiãt. viii et vii. dieb⁹ p̄cedētibus. et illo ãno festū scī cuthberti nullas hẽbit vs̄. Primas eni hre nō poterit ꝓpter festum scī gregorii qđ p̄cedit et i scdis vesp. incipietur ad cap̄. de sancto benedicto

¶ Sãcti cuthberti epi ad vs. cap̄. **Ecce sacerdos.** ℟. **In sanctis.** hy⁹. **Iste confessor.** v̄. **Amauit.** In cuã gelio. ã **Oriens sol iusticie dignatus est illustrare per mistros lucis sue cūctos fines orbis terre ipi laus qui dedit anglis lucernã sue salutis cuthbertū bonū doctorem: ac ꝓ his intercessorē. p̄.**

O Mps Magt. Oy. **Sempiterne deus qui semper es ⁊ vbiq; mirabilis quesumus clemētiã tuam:**

vt sicut bto cuthberto pontifici tuo eminentē gloriaz contulisti sic ad sequendā miam tuā. eius nos facias precibus adiuuari. Per d̄. Memoria de. xl. Ad matutinū Inuitat. Dño qui cū patre regi. Jubilem⁹ i hac sacra solennitate pontificis almi cuthberti ps. Venite. hy⁹ Iste confessor. Jn i. no. ān Iuctor donor spūs inspirans vera vatibus per triennem fatur infātem cuthbertū fore prelulē. p. Beatus vir. Qui raphaelem archāgelū thobie dedit medicum cuthberti genu languidū suum sanat per angelum. ps. Quare fremuerunt. Dū iactātur puppes salo fessus orans heret solo mox ventor vis mutata naues vertit ad littoraq; Dñe q̄d multi. ō. Amauit eū. Le. i

Religiosus igitur & pius puer cuthbertus xpianissimis editus parentibus: dum octauū etatis annum felici auspicio ingrederetur: simplicibus puerorum se sepe immiscuit ludib⁹ Qui dū quadā die solitis se indulgeret lusibus. puer paruulus ac si triennis iuxta ludentes apparuit: & et ad eum accurrit. & quasi senili constantia hortari eū cepit ne iocis & ocio sese indulgeret &c. Cuthbertus puer bone indolis peruigil nocturnis insistēs hymnis Aydani epi aiam in celum ferri vidit ab angelis. ō⁹. Cū pastoribus ouium positus pastor aiaq; deo preelectus mente & vultu supnis intentus. Aydani. Le. ii

Cuthberto vero monita spernēte luget ille puer corruens in terrā: & faciē lachrymis rigans accurrunt solaturi ceteri: & ille ps̄tat in fletibus Tādē vero ille puer exclamās cōsolāti se cuthberto inquit O sanctissime ātistes cuthberte: ludere te iter pueros nō decet quē dominus pastorē ecclie consecrauit &c. Inter sctis crescens vtutibus: altus vir cuthbert⁹ despecti huius caduci scli reb⁹ venerabilis ac per cuncta digne

laudabilis. Factus est monachus.℣. Corpe mente habitu factisq; ꝓbabilibus castris dñicis associatus. Factus. Lectio tercia.

Audiens hec cuthbertus mestum ifantem pijs blandiciis consolatur relictaq; continuo ludendi vanitate domuz rediit: ac stabiliorz iam ex illo tẽporze existere cepit.℣. Cm̃ puer dñi cuthbertus q̃ ꝓ hoiem accepit hoztamenta sedulo corde retinebat: etiã angelico vilu affatu ꝓhortari ꝓmeruit.℟. Patriarche nostri abzahe exẽplo beatus pater cuthbertus hospitalitatis deditus obsequio: supnũ ciuẽ gaudẽs accepit hospitio Cui dum terrenum querit mistrare panẽ recipere meruit celestẽ.℣. Digredit nãq; vir dei panẽ trupiẽs deferre calẽtẽ: sed rediẽs nequaq̃ inuenit cõiuuã. Cui dñ. Gkia pa. Cui dum. In.ii.nocturno.ãn Edomãs corpꝰ iuuenis in vndis pnoctat mari vbi dõ vota laudis ex affectu reddit corpis.ꝓs. Cũ inuocarem.ãn. Mirũ dictũ huic egresso et orãti genu flexo mẽbzare fouẽt rigida equoris aialia.ꝓs. Verba mea ãn. Adest frater curiosus explorãs q̃d agat iustꝰ quẽ lãguore ⁊ pauore mox correptũ sanat ꝓcepꝓs Dñe dñs nr̃.℣. Justũ deduxit.

Deuotus dei famulꝰ cuthbertꝰ quẽ dã hospitẽ more solito humiliter suscepit: eũq; lotis manibꝰ ⁊ pedibus secũ manere coegit. Statimq; vt vescendi tẽpus aderat: mensam apposuit ⁊ ait. Obsecro te frater expecta hic donec rediẽs panẽ calidũ tibi afferã. At vbi rediit: hospitẽ non inuenit quẽ edẽtẽ reliq̃rat.℟. Vir dñi cuthbertus maris tẽpestate cũ sociis ꝑclusus futuri diem sereni certũ predixt. Cum quibus cibo sua sibi ꝓce diuinitus dato pasci ꝓmeruit.℣. Positis nãq; genibus orationem fudit nautasq; in dño fidere iussit. Cum quibus. Lcõ q̃nta.

Stupefactus vir dñi ꝛ secum querens de facto: reposuit mensam in cō ciaui. Mox vt egressus est: obuiam habuit miri odoꝛis fragrantiam viditq; iuxta positos tres panes calidos insoliti candoꝛis et gratie panemq; dixit. Cerno qui angelus dñi erat quē suscepi. Et panes attulit: quales terra gignere nequit.

℟. Merito sanctitatis et gradu dignitatis acceptovir dei sacerdotio nomē equabat officio. Pꝛebens cunctis monita salutis ꝛ exempla bone actiōis. ℣. Quod enim verbis docebat operibus adimplebat. Pꝛebēs.

Sanctus etiā Le. vi. cuthbertus aquā allatam benedixit et vꝛoꝛi cuiusdam comitis transmisit que pene iam moꝛtua iacebat. Mox vero vt eā aqua tetigit: sanissima surrexit. Quandam etiā sanctimonialem feminam per integrum annum intollerabili capitis et totius lateris alterius doloꝛe vexataz: oleo benedicto perunxit: que ab illa moꝛ hoꝛa meliꝛari incipiēs post dies paucos plena solpitate conualuit. ℟. Igne feruoꝛis diuini succēsus sanctꝰ sacerdos cuthbertꝰ ignes noxios sepe repꝛessit. Suis sacris pꝛecibus. ℣. Fantasticum quidem ignē cum auctoꝛe suo effugauit: materialem vero ab edibus quas voꝛabat extinxit. Suis. Gloꝛia patri. Suis. In tercio noct. ān. Quandam vexatam a demone pergit sanctus inuisere. sed moꝛ dirꝰ fugit hostis fit mulier incolumis ps. Dñe quis habita. ān. Multos hic sanauit egros languoꝛes depellēs seuos mꝛtas effugauit laruas virtute crucis territas. ℣. Domine in virtute. ān. Sanctus antistes cuthbertꝰ vir perfectus in oībus in turbis erat monachꝰ digne cūctis reuerendus. ps. Domini est terra. ℣. Magnificauit. Expositio. Homo quidam peregre. Omelia vt in cōmuni. ℟. Versi-

quus vates cuthbertus ecclesie iussis pretib⁹ lachrymisq; coactus: vt ipse ante predixerat. Episcopali cathedra sublimat populisq; regendis preficitur. ℣. Secreti extrahitur latebris ⁊ perfusus genas fletibus Episcopali. Lectõ octaua

Tempore deo dilecti regis egfridi: et theodori archiepiscopi. beat⁹ cuthbertus ad episcopatũ ecclesie lindisfarnensis electus est. Qui q̃uis multum renitens: ep̃atus officium suscipere compellitur. Duobus igitur annis in regimine ep̃ali transactis: sciens in spũ appropinquare diẽ sui transitus abiecit põd⁹ cure pastoralis atq; ad dilectum heremitice conuersationis agonem properauit Qui cum inibi in magna constãtia chzisto militaret: subito tactus est infirmitate: nec tamen a cõsueta desecit sanctitate. ℟. Celestium minister donoz cuthbertus antistes vrozem cuiusdam comitis aqua benedicta virginẽ crismate perunctã: patrẽfamilias pane a se benedicto. Pristine reddidit sanitati. ℣. Iuuenem quoq; iam pene mozturum sola oõne puerũq; seminecẽ oculo tñ dato. Pristine reddidit. Le. ix.

Oeruens vero beatus cuthbert⁹ tẽpus sue resolutionis instare: pauca cepit disserere fratrib⁹ de pace et humilitate. Pacez inquit inter vos semper et caritatẽ custodite diuinam et cũ de nostro statu consiliũ vos agere necessitas poposcerit: videte attentius vt vnanimes existat: et cũ aliis xp̃i seruis mutuã habetote cõcozdiã. Atvbi cõsuetũ nocturne oõnis tẽpus aderat: dominici cozpozis ⁊ sanguinis cõmunione se muniuit. atq; intẽtã supernis laudibus animã ad gaudia regni celestis emisit. Ad que veniendi concedat vos deus gratiã qui viuit et regnat in secula. ℟. O beatum presulem cuthbertũ qui gratia diuini mu

neris vigens multiplicium morborum valitudines depulit. Prophetie spū polens. Plurimorū ac sui ipsius obitum et prescivit et prenunciavit. ℣. Admirandus cūctis operibus & verbis diuina sapiētia vitam cōposuit. Prophetie. Gloria patri. Plurimorum. ℣ Ora pro. In laudibus. ān

Qui christi fortis hic athleta acverus anachorita mundi templit hec infima quo celi caperet sūma. ps. Domin⁹ regnauit. ān. Qui de rupe pmilit aquā post in vinum vertens eam hoc vtrūq; donum suo caro contulit cuthberto. ps. Jubilate deo. ān. In ēpatu suo iam exacto biennio vt soli vacaret deo dilecto se reddidit antro. ps. De⁹ deus meus. ān. Hinc tanguntur artus sacri corporis morbo letali sciens vero se resolui confortat oui le christi. ps. Confitemini. ān. Mox pater suos affat qlq; vestrum temnat mundum: amet christum: colat bonum: sic supernum sumet regnum. ps. Laudate. Capitulū. Benedictionem. Hymnus. Jesu redēptor. ℣. Justus germinabit In euāgelio. ān Languor accrescens indies artus vexabat fragiles: ipse sacras fundens preces: celicas pregustabat laudes: cum terrenis redit dies: etna cuthberto quies: salutares sumit dapes: sic lucernas scandit sedes. ps. Benedictus Oratio. vt supra Memo. de. xl. ℂ Ad horas añe de laudi. Cete. de cōi cū octone ppria. ℂ Octi Benedicti abbatis. Ad vespas. ān Christi fortis. & cetere añe de laudibus cū psalmis feriat. Capitulū. Justus ceruū. ℟. Miles christi. hy⁹ Iste confessor. v. Amauit In euāgelio. ān. Justū deduxit. ps. Magt. Oro In tercessio. vt i col. Memo. de scō cuthberto. ā. O magne pclit cuthberte cui xps tuit viuere: cui mox lucrū perēne dū post mortē viuis vere signis diuinis in-

dite languidos sanãs a la-
be hoc rogamus pia ꝑce: tu
ꝓ nobis intercede. ℣. Ma
gnificat. Oꝛõ vt ℟. Meo.

EAit de. xl. Lectõ. i.
vir vite venerabilis
gratia benedictus et noie:
ex ꝓuincia myꝛsie oꝛtus
rome liberalibus litterarũ
studiis eruditus Hic itaqꝫ
cũ iam relictis litteraꝝ stu-
diis: petere deserta decre-
uisset: sola nutrix sua eum
secuta est Sed bñdict⁹ nu
tricẽ suã occulte fugiẽs: de
serti loci secessũ petiit: cui
sublat⁹ est vocabulũ: ac ibi
dem moꝛatus est. Mñsoꝛia

UIr aũt dei de cõi. sii
in eodẽ loco tribus an
nis mãsit nullo sciẽte exce-
pto romano monacho: qui
sibi diebus certis panem
ferebat. Qui cum in illo lo
co aliquã diu moꝛaretur: di
uina allocutione est admo-
nitus vt mõtem cassinum
expeteret. Ibiqꝫ diutissi-
me fanũ fuit: in quo ex an-
tiquoꝝ moꝛe gentiliũ a stul
to populo apollo colleba-
tur. Lectio tercia.

QUm beatus benedi-
ctus ad ꝓdictũ locũ
aduentaret: semꝫ ad offi-
biuiũ: duo angeli in figura
iuuenũ apparentes ostẽdũt
ciuiã: ꝑ quã ꝑgere deberet
Et cum ibi peruenisset: ido
lum contriuit: arãqꝫ sub-
uertit: atqꝫ in ipso templo
apollinis construxit altare
sancti iohãnis baptiste: po
pulumqꝫ in vicino, cõmoꝛã
tem ad fidem conuertit ca

Qtholicã. Lectõ. iiii

QUadam die dũ san-
ctus benedictus sol⁹ esset:
nigra paruaqꝫ auis que me
rula a vulgo vocatur circa
ipsius faciem volitare ce-
pit. Sed moꝛ signo crucis
edito: recessit. Recedente
autẽ aue: tanta carnis ten
tatio secuta est: quantã vir
sanct⁹ nunꝗ fuerat expt⁹
Quãdam feminam etiam
aliquãdo viderat: quã ma-
lignus spiritus ante eius
mentis oculos reduxit Tã
toqꝫ igne serui dei aiam in
specie illius accendit: vt pe
ne heremum deserere deli
beraret. Lectõ quinta

Quāmq; subito respectus superna gratia ad semetipm reuersus est: nudū se in spinarum aculeis et vrticarum incendiis proiecit: ibiq; diu volutatus: voluptatem traxit in dolorem. Ex quo videlicet tēpore ita tentatio voluptatis in illo est edomita: vt tale in se aliq̄d minime sentiret. Reperūt multi postea mundum derelinquere atq; ad eius magisterium festinare: ita vt duodecim monasteria construeret: q̄bus singulis duodenos monachos deputauit. Ic. vi.

Quām sanctus benedictus ad agri opera fuerat egressus: quidam rusticus defuncti filii corpus ferens ad sepeliendum: vidensq; benedictum clamauit ad eum. Redde michi filium meum. Cui vir sanctus respondit. Nunquid ego filium tuum abstuli? Cui ille. Mortuus est veni suscita eum. Hoc audiens sanctus dixit Recedite fratres recedite. Hec nō a non sunt sed apostolor sunt. Ille rusticus iurauit q̄ non recederet nisi filiū eius resuscitaret. Tunc sanctus benedictus sup corpusculum infantis incubuit seseq; post orationem erexit: et eum patri viuentem atq; incolumem dedit. Expositio. Ecce nos reliquimus oīa. c. vt i querione scti pauli.

Eodem vero anno quo sanct⁹ benedict⁹ de hac vita erat exiturus quibusdā discipulis secum querentibus: q̄busdā longe manētibus: sctissimi sui obitus denunciauit die. Cū vero tēpus sue resolutiōis instaret: ante sextum sui exitus die: apiri sibi sepulturam iubet: q̄ mox corripitur febribus: acri cepit ardore fatigari. atq; sexto die portari se in oratoriū a discipulis fecit: seq; muniuit preceptiōe corporis xpi et sanguinis: atq; erectis i celū manibus: vltimū spm̄ inter vba orōis efflauit. Ic. xi

Eodem autem quo trāsiit duo monachi vi-

derūt vīā ab eius cella in celum tendentē: stratā pallis atq; innūeris chorulcātem pādibz. Quibz vir venerando hītu desup clarꝰ existens ait Hec est via qua dilectus deo bñdictus celum ascēdit. Migrauit ad dñm pater bñdictus in vigilia pasche duodecio. Kalēdas Aprilis. Sepultusq; est in oratorio bti iohānis baptiptiste: quod destructa ara apollinis ipse construxit ad laudem dñi nr̄i ihesu christi. Lra de cōi iꝰ z̄fec. abbat

SJ festū annunciationis beate marie in ali qua dominica. vl ān dñicā in ramis palmarꝫ eueneritt trālferat̄ i. ii. feriam z vtꝫ ueniat ī ii. fer̄. vel a dñica trālferat̄: vel. i dñica oino erūt de festo: et mēo. tñ de dñica. Et si ī dñica i ramis palmarꝫ: vel ebdomada sequēte die palmarꝫ eue. ātipet z fiet die sabbi ān die palmarꝫ z vel. i illo sabbō oino de dña erūt: z tñ mēo. de dñica Jdē ordo seruet de aliis festis duplicibus dicto tpe contigentibz Si aūt annunciatio dñe euenerit in die pasche vl. ii. vl. iii. vel iiii. feria quā feriā non potest excedere semp fiet die martis post octauā pasche. Quādocūqz autē fiet festū ir. le. ifra passiōem dicetur Glia patri ad ps. Venite. et ad versus Rr. Jn festo ḡ dem annūciatiōis dē ad Rr Jesu xpe. ℣. Qui de virgie

℣ In annūciatione beate marie virgis. Ad ves. ān.

SPiritus sanctus in te descēdet maria: ne timeas hs bens in vtero filium dei. ℣. Dixit dominus. ān. Ne timeas maria: inuenisti gratiam apud dñm: ecce concipies z paries filium. ℣. Cō fitebor. ā Ecce ancilla domini fiat michi scdm verbum tuum. ps. Beatus vir. ān. Beatam me dicent omnes generationes: qz ancillā humilem respexit deꝰ. ℣. De profundis. ā Beata es maria que credidisti perficientur in te: que dicta sunt tibi a dño. ℣ Memēto. Cap

Ecce virgo ꝛcipiet ꝛ pariet filiũ ꝛ vocabit nomẽ eius ẽmanuel: butirũ ꝛ mel coẽdet: vt sciat reprobare malũ et eligere bonũ. ℟. Quõ fiet. ℣. Aue maris stella. ℣. Egredietur virga. In euã. ã. Ingressꝰ ãgelꝰ ad mariam ait: aue maria gꝛa plẽa do.te. ℣. M. ox. Deus q̃ de btẽ marie virginis vtero verbũ tuum ãgelo nũciãte carnẽ suscipe voluisti: pꝛa supplicibus tuis: vt q̃ vere eã genitricẽ dei credimus: eiꝰ apõ te intercessiõibꝫ adiuuemur p eũdẽ dõ. ¶ Si hoc festũ infra .xl. cue. tũc fiat mẽo. de .xl. ad vtrasq; vẽs et ad matu. Cõplet. nõ mutat i fra .xl. quin fiet oino de .xl. nisi q̃ dicet. Gla tibi dñe: qui natꝰ es. in fine hymni ℟e q̃ lux es ꝛ dies. Ad matu. Inuit. Aue maria gꝛa plẽa do.te. Bñdicta tu in mulieribꝫ. ℣. Venite, hymꝰ Aue maris stella. In i.no. ã Pꝛophete pdicauerũt nasci saluatorẽ de virgine maria ℣. Dñe dñs nr. ãn. Egredietur vga de radice iesse ꝛ replebit eos tra gꝛa dñi: et videbit omis caro salutare dei. ℣. Celi enar. ã Oziel sicut sol saluatoꝛ mundi: ꝛ scẽdet i vterꝫ vgis sicut imber super gramẽ. ℣. Dñi est terra. ℣. Ex lyõ. Sermo

Abti ãbroſii epi. Le.i Dest nobis ꝛres dilectissimi optatus dies btẽ ac venerabil sẽp vgis marie Jõ cũ cũma deuotiõe gaudeat tra nꝛa: tãte vgis illustrata ãnunciatiõe. Hec est eni flos cãpi: de q̃ oztũ ẽ pꝛecioꝝ liliũ qualiũ: p cuius partũ mutat natura: ptho plasti delet clpa. ℟. Ingressus ãgelꝰ ad mariã ait Aue maria gꝛa plena dñs te. ℣. Bñdicta tu i mulieribꝫ ꝛ benedictꝰ fructus vẽtris tui.

Recessũ ẽ i Aue. ſ. ij ea illud eue ifelicitat elogiũ: i tristicia pies filios qꝛ ista i leticia dñz pturuit Virgo quippe genuit qꝛ vir go ꝛcepit. Inuiolata pꝛpit: qꝛ i ꝛceptu libido non fuit. Extitit eni sine coꝛruptiõe grauida: ꝛ i ptu vgo puer-

rera. ℟ Maria vt audiuit turbata ē i sermōe āgeli Et cogitabat qlis esset ista salutatio. ℣ Quō fiet istud ait maria qm virū nō cognosco

Ave inqt Et co. l.iii

Angel⁹ ad eā gr̄a plēa dn̄s tecū Impleta ē maria gr̄a: ⁊ eua euacuata ē a culpa. Maledictio eue: i bn̄dictionē mutat marie. Aue gr̄a plēa dn̄s tecū. Tecū in corde: tecū i vētre: tecū i vtero tecū i auxilio. ℟ Bn̄dicta tu i mulieribꝫ Et bn̄dictus fructus vētris tui. ℣ Aue maria gr̄a plēa dn̄s tecū Et bn̄. Gr̄a Et bn̄. In.ii no.ā. Mill⁹ est gabriel āgelus ad mariā v̄ginē desponsatā ioseph. ℣ Eructauit. ā Aue maria gr̄a plēa dn̄s tecum bn̄dicta tu i mulieribꝫ ps. Deus nr̄e. an. Angelus dn̄i nūciauit marie ⁊ cōcepit de spū sctō. ps Fūdamenta. ℣ Egredietur vir.

Oratulare btā le.iiii

virgo: xp̄s e celo tuo descendit i vterum tuū Ex sinu p̄is: in vterū dignat⁹ est descēdere matris Bene dicta tu in mulieribꝰ inqt: que vitam ⁊ viris ⁊ mulieribus peperisti. Mater generi nri pe⁹ā intulit mundo: genitrix dn̄i nr̄i salutē attulit mundo. ℟ Dixit āgel⁹ ad mariā ne timeas maria Inuenisti gratiā apud dn̄z. ℣ Ecce cipies ⁊ paries filiū: et vocabis nomē eius jesū.

Inuenisti. Le. ℣

Auctrix peccati eua: auctrix meriti maria Eua occidēdo obfuit: maria viuificando pfuit. Percussit illa: ista sanauit Pro inobediētia eni obediētia ⁊ mutatur Fides p plidia cōpensatur Btā igit maria gestat ifantem. āplexat filiū. portat a quo portabat. Nec fortuitu vt fingūt fabelliani reperit paruulū. ⁊ decurlis nouē mensibꝫ peperit xp̄z. ℟ Ecce cōcipies ⁊ paries filiū Et vocabit nomen eius iesus. ℣ Hic erit magnus et filiꝰ altissimi vocabit: ⁊ dabit illi dn̄s de⁹ sedem dauid patris eius. Et. Le. vi

Laudat nunc orgānis maria: ⁊ inter ve-

loces articlos tympana pul
erpre ꝛcrepẽt Concinãt le
tantes chori: ꝛ alternãtibꝫ
modis dulcissima carmina
misceant. Audire igit quẽ
admodũ tympanistria nra
cãtauerit Ait ei. Magnifi=
ficat aia mea dñm. ꝛ cet̃a.
Caulã igit i. ialeſcẽtis er
roris miraculũ noui partꝰ
euicit: ꝛ eue planctũ: marie
cãtus exclusit. Extat ẍgo
cũ ꝛcipit. ẍgo grauida vir
do cũ parit. ẍgo post ptum
℣. Quõ fiet istud respon=
dit maria: qꝛ virũ nõ cogno
sco: angelus ad hec. Spũs
sanctꝰ supueniet i te Et vir
tus altissimi obũbꝫabit ti=
bi. ẍ. Ideoq; qõ nascet ex
te scm vocabit filiꝰ dei Sps
sctũs Gla. Et ẍtꝰ. Jn. iii
no. ã. Ecce ẍgo ꝛcipiet et
pariet filiũ: ꝛ vocabitur no
men ei⁹ emmanuel, p Cã
tate. i. ãn. Multiplicabi=
tur eius ĩperium: et pacis
non erit finis. ℣. Dominꝰ
regẽ. ex. ã. Dabit illi dñs se
dem dauid pris eius ꝛ re=
gnabit i eternũ. Cãtate
u. ẍ. Egredietꝫ dñs Ueiet

In illo tpe. S. lucã
Missus est angelꝰ ga=
briel a deo in ciuitatẽ gali=
lee cui nomẽ nazareth: ad
virginẽ desponsatã viro: cui
nomẽ erat ioseph de domo
dauid. et nomẽ ẍginis ma
ria. Et ℣. Omel'. ex ꝛmen
tario venerabilis bede pre
sbyteri. Lectio. vii.
D mariã ergo virgi=
nem gabriel mittit: qui dei
fortitudo noiatur. Illũ ap
pe nunciare veniebat: qui
ad debellãdas aerias pote=
states hũilis apparere di=
gnatus est. De quo ꝑ psal=
mistã dicitur. Dñs fortis ꝛ
potens dominus potẽs in
prelio. ℣. Dabit illi domi
nus deꝰ sedẽ dauid patris
eius Et regnabit in domo
iacob in etnũ. ẍ. Et regni
eiꝰ nõ erit finis. Et. l. viii
Multas ob causas sal
uatoꝛ noster non de
simplici ẍgine. sed de de=
sponsa' a voluit nasci ꝓi
mo videlicet vt per genera
tionẽ ioseph cuiꝰ maria co
gnata erat: marie ꝗꝝ nasce
retur oꝛigo. Deinde ne ve

lud adulta lapidaret a iudeis: malēs aliquos de suo ortu: ꝙ de pudore dubitare parentis: simul et virginibus impudicis occasionē tollens. ne mrem saluatoris quoq; dicerēt fallis suspicatiōibus infamatā. ℟. Dixit autē maria ad angelum. Ecce ancilla dñi: fiat michi scōm verbū tuū. ℣. Spiritussanct⁹ superueniet in te. et cum rñdisset agel⁹ ait maria. Ecce. Letō. ix.

ATertio: vt in egyptū fugiēs. et inde rediēs haberet solatiū viri: qui integerrime virginitatis custos pariter et testis existeret. Quarto: ne partus ei⁹ diabolo pateret: qz si eū de virgine nasci cognosceret forlitā quasi ceteris hoibus eminētiorē morti tradere timeret Maria aūt hebraice stella maris syriace vero dña vocat: z merito quia z totius mundi dñm et lucē seculi meruit generare ȳennē. qui cū pre z spū sctō viuit et regnat i scla sclorū. ℟. Xpi virgo dilectissima virtutū opatrix opē fer miseris Subueni dña clamātibus ad te iugiter. ℣. Dñe peccatorū mole premimur et nō est qui adiuuet. Subueni. Gria ps. Subueni. Reciptat culorū Xpi virgo. ℣⁹. Emitte agnū dñe. In laudibus. ān.

EOrate celi desuper z nubes pluant iustū. aperiatur terra et germinet saluatorem. ps. Dñs regna. ān. Emitte agnum dñe dñatorē terre de petra deserti ad montē filie syō. ps. Jubilate. ān. Egredietur dñs de loco sctō suo veniet vt saluet pplz suū. ps. Deus deus me⁹. ān. Ecce veniet desideratus cūctis gētibus z replebit gria dom⁹ dñi. ps. Bñdicite. ān. Nō auferet sceptrū de iudā et dux de femore eius donec veniat qui mittēdus est: et ipse erit expectatio gentiū ps. Laudate. Cpm. Ecce virgo cōcipiet. Hy⁹. Quē terra pontus. cū. O glriosa dña. ℣. Elegit eā. In cuā gel. ā. Quomō fiet istud an

gele dei. qui vix in ꝯcipiēdo
nō ptuli. audi maria virgo
xpi spūsscrūs supueniet in
te ⁊ virtus altissimi obum
brabit tibi. ℣s. Benedictus.
Dño vt supra. Ad ꝑmā. ā.
Rogate. ℣s Deus in noie.
ā. Glas ℣s. Quicūq. ℟.
℣. Jesu xpe. ℣ꝝ. Qui de
virgie. cū. Glia pa. ¶ Ad
terciā. ān. Emitte. ℣s. Le
gem pone. Capitulū.

HOcutus est dominꝰ
ad achaz dicēs. pete
tibi signū a dño deo tuo in
pfundū iferni siue i excel-
sū supra: ⁊ dixit achaz non
petā et non tentabo dñm.
℟. Veni ad liberādū nos
Quere in ꝑma dñica aduc
tus. Dño. Deus q̄ de bea-
te marie. Ad. vi. ān. Egre
dietur dñs. ℣s. Dereerit. cpz.
Ecce vgo ꝯcipiet. ℟. Dste
de nobis dñe. vt s. Ad no-
nā. ān. Non auferet. ℣s.
Mirabilia. Capitulū.

EGredietur vga de radi
ce iesse. ⁊ flos de radi
ce eius ascēdet. ⁊ requiescet su
per eū spūs dñi. ℟. Sup te
hierlm. Dño. vt. s. āñc de

laudi. cū psal. de dñica. Le
Egredietur vga. ℟. Ꝑpa
go. ℣ꝝ. Que tra pōtū
cū. O gloiosa dña. ℣. Egr
dietur vga. In cuā. ā O vg
ginū quō fiet istō q̄ ne
ꝑmā similē visa es nec hī
sequētē filie hierlm dō m
admirami diuinū ē myste
riū hoc q̄ cernit. ℣ Magt
Dño. vt. s. Deꝰ q̄ ¶ Ho
ābrosii epi ⁊ xpi. ser. ix.
oia de cōmuni ꝑtex lectōe

IGit positio in
administratiōe ꝑfectu
re gallia xp̄e eiꝰ ambrosiꝰ
natus est filius eiꝰ ambro
sius. Qui cū in cunis pos
tus apto aze dormiret: su
bito examē apū aduenie
facie eius et oza cōpleuit
ita vt ingrediēdi ⁊ egredi
di vices in os eius frequē

QVe post tarēt.
ea euolantes in tan
tā aeris altitudinē suble
uate sunt: vt hūanis ocu
lis minime viderent. Que
peracto: territus pater au
Si vixerit infans ille: aliq̄d
magni erit. Postea vo cū
adoleuisset. ⁊ rome litteris

erudit⁹ esset: in adiutoziū
pfecture pretozii ad con-
siliū tribuendū eligit: post
quod suscepit insignia cō
sulatus. Lectio tercia.

QUanq; mediolanū ve
nisset ⁊ causa sedan-
de seditiōis que erat in po
pulo in petendo epm pre-
xit ad eccliam: subito ferit
vox infantis sonuisse: am
brosiū epm. Ipo aūt resi-
stente: ⁊ obluctāte ac fugā
petente. cū adhuc cathecu
minus esset: capit. baptiza
tur. et octauo die in epāle
cathedrā sublimat. f. iiii.

POstea vero erat q̄dā
vir de hereli arriano
cū acerrim⁹ nimiū disputa
tor: ⁊ durus atq; incōuerti
bilis ad fidē catholicā. Is
cōstitutus in eccl'ia: p̄dicā-
te ambrosio. vidit: vt ipse
postmodū loquebat: ange
lū ad aures epi stantē: ⁊ in
dicantē ei quid populo pre
dicare deberet. Quo viso
cōuers⁹ fidē quā expugna
bat cepit ipe defēdere. f. v

IPse aūt vir venerabi
lis eps erat multe ab
stinentie. ⁊ multarum vigi
liarū ⁊ labor. quotidiano
ieiunio macerans corpus.
Cui prandendi nunq; con
suetudo fuit. nisi die sab-
bati ⁊ dnico vt cū natalicia
celeberrim⁹ martyr es-
set. Hāc etiā assiduitas
magna die ac nocte illi erat
nec oīa declinabat scribēdi
ppria manu libros: nisi cū
aliquis infirmitate corp⁹ at-
tineretur. Lectio. vi

ANte paucos vō dies
quā lectulo detinerer: cum
q̄dragesimū tertiū psalmū
dictaret notorio ei⁹ excipiē
te ⁊ videte: subito i modū
fluuii bzeuis ignis caput ei⁹
cooperuit: atq; paulati p os
ipsi⁹ tāq; i domū hitator in-
gressus ē. Postea vō facta ē
facies ei⁹ tāq; nix ⁊ itez re
uersa ē ad speciē suā Scri
bēdi aūt vt dictādi ipo die
finē fecit: sic dē ipz psalmū
explere nō potuit. Expos
tio. Vos estis lux mundi.

OMel. vt i cōi. f. viii

QUanq; post dies aliq
bt⁹ ābrosi⁹ infirmaret: et i
lectulo detineret. tpe quo

migrauit ad dñm: ab hora circiter vndecima diei vsq; ad illam horam qua emisit spiritũ: expansis manibus in modũ crucis orauit. Labia vero illius tm̃ mouere videbant: vox tamen eius non audiebat. Lectõ nona.

HOnoratus etiã sacerdos ecclesie vercellensis: cũ in supiora dom⁹ se ad quietẽ ꝓposuisset: tercio vocẽ vocãtis se audiuit: dicentisq; sibi. Surge felix quia modo est recessur⁹ Qui consurgẽs: mediolanũ concitus venit: & dñici corporis sacramentũ ei dedit Mox q; ille manus in modũ crucis expãdit: et vltimũ spm̃ inter ũba oõnis efflauit ad eũ q̃ viuit & regnat p oĩa scla de⁹. Cetera ꝺ cõi vni⁹ cõfes. pontifi. et doctoris.

Sctõr tyburtii valeriani Rosa & maximi. or

Qs ops de⁹ vt q̃ sctõr martyr tuor tyburtii valeriãi & maximi solẽnia colim⁹ eor etiã ũtutes imitemur. Per dñm. ℣. i. In dieb⁹ illis. Tiburti⁹ et valerianus per beatã cecilliã ad xp̃m quersi: ad hoc diuinũ officiũ implẽdũ studiose vacabãt q̃tidie: vt p̃cios martyr facerent sepulturas elemosinis & pietatib⁹ insistẽtes. Intea vt solitũ est: bonos odiũt mali & indicãt vniuersa almachio pfecto vrbis rome: q̃ p eos dñs circa egẽtes ageret: vl̃ q̃ studiose q̃s ille iusserat occidi sepelirẽt. ℣. ii.

TEnti ergo ab apparitorib⁹ almachio pl̃entãtur Quos almachi⁹ ptin⁹ his ũbis aggress⁹ est. Offerte diis libamia: & abscedite illesi. Rñdert ãbo & dixerũt Nos nõ diis sz deo q̃tidie sacrificiũ exhibem⁹ Tunc almachi⁹ pfect⁹ iussit carnificib⁹ vt ab eis ducerẽt ad pagũ vbi erat idolũ iouis: et iussit vt si noluissent sacrificare sententiã capitalẽ exciperent. Lectõ tercia.

GLorioli vero martyres tẽti a mario cornicario pfecti ducebãt ad pagũ. In q̃ p tẽpli ianuaz trãsit⁹ erat vt oĩs q̃ ingredi

rentur si ioui thura nō ipo
nerēt punirent Venientibz
ergo sctis offerunt thura ⁊
recusāt: recusātes ponunt
genua: feriunt gladio. Ad
quoz ꝓdicationē ipe maxi=
mus regis cozniculari⁹ cū
oī domo sua: ⁊ ip̄i carnifi=
ces crediderūt ⁊ veniēte no=
cte scā cecilia cū sacerdoti=
bus vniuersi baptizati sūt
eosq; i fide catholica instru
xit: Igit̄ dū cōpillet alma=
chius qđ maximus cozniicu
larius cū sociis oibz factus
fuisset xp̄ianus: iussit eū tā
diu plūbatā tūdi ꝙdiu spm̄
exalaret Quē scā cecilia se
peliuit iuxta sepulchrū ty=
burtii et valeriani ad lau=
dem dñi nr̄i ihesu xp̄i. Cetā
de ꝯmuni plimoz martyz

¶ Si festū sctī geozgii an
pascha cueñ. fiat. viii. die
pzecedēti tāꝙ festū duplex
de miozibz cū ix. le. vi. ꝑme
cōnes erūt de cōi i⁹. martiꝝ
vii. le. ꝙ expōe euāg. scdm
lucā. Si q̄s vult p⁹ me ve=
nire. vii. le. ⁊ ix. de vita ei⁹

¶ Adp̄mas vs̄ ā, Ds̄ vir
qui fulcert. ⁊ cete āe sequē

tes de cōi i⁹ martyꝝ cū pis
ferialibz. cp̄. Ds̄ vir. R̄.
Miles xp̄i. p⁹. Deus tuoz
militū. ỽ Glia ⁊ honoze. ā
Hic ē vere mar. ꝙ M. oz.

DEus q̄ nos beati geoz
gii martyzis tui meri
tis ⁊ intercessione letificas
concede ꝓpicius: vt qui ei⁹
bñficia poscimus dono tue
gratie ꝙsequamur. per do.
Ad mat. Innuit. Iul⁹ filo
rebit i domo dñi. ⁊ cē de cōi
i⁹ martyꝝ vt patz s̄ vsq; ad

I vii. lectōem. Lectō viii

IN diebus illis. Scūs
geozgi⁹ capadocie regionis
genere oriūd⁹: aspiciēs iussu
daciani ip̄atoꝝ oēs xp̄z dere
linq̄re. ⁊ ad idoloz cultura
festināre lozica fidei idur⁹ ve
xilloq; sce crucis circūdatus
dixit. Ego xp̄ian⁹ sū: ma=
lēs secularī dignitate exui:
et adherere ip̄erio imoztaꝝ
dei. his dictis replet⁹ ira da
cian⁹ iussit geozgiū i eculeo
leuari: ⁊ mēbzatī coz⁹ ei⁹
vngulis lacerari: cepitq;
lateribz ei⁹ lāpades applica
ri: ita vt īterioza viscerum
apparerent Le. ix.

Olim ergo has penas martyr xpi sustineret: iussit eū tirān⁹ deponi. ⁊ extra ciuitatē eiici: et ad vbera extendi et diuersis plagis cruciari. Salē vo⁹ vulnera eius spargi et ea ex cilicio fricari et cū his oīb⁹ pēnis martir illes⁹ maneret: irat⁹ dacian⁹ iussit eū i sartaginē ebulientem plumbo impletum imitti. Georgi⁹ autē facto coram se signo crucis i sartaginem quasi dormiens: donec plūbū refrigeraretur: repausauit Tunc dacianus precepit decollari sanctum martyrē: sicq; coronatus est in celo: cuius intercessiōe adiungamur angelorum collegio. Nō dicit ps. Te deū. In laudibus. ān Qui me confessus. ⁊ c. de communi. i⁹ martyris. cū oratione propria. Ad sedas vesp ante de laudibus cum psalmis ferialibz incipiatur ad capm d sancto⁹ vilfrido. Ecce sacerdos magnus. Ve Miles xpi. p⁹. Iste ⁊ cet. d communi vnius confessoris cum oratione.

Deus qui beatū vvilfridū pontificē tranſtulisti: da nobis p eius merita gliosa ad gaudia trālire pennia. p dn̄m. Nō. de sancto Georgio. an. Iste sc̄us. d. Gla ⁊ honore cū oratione pp̄a. Ad matutinas Inuitatoriū Unū deū i trinitate. Hy⁹. Iste ⁊ Oratio. sicut i trālatiōe confessoris ⁊c. oīa sicut i cōi preter lectiones et orationē. ī. Anno ig; ab incarnatiōne vbi dei sexcētesimo tricesimo quarto regnāte in northūbria sanctissimo rege oswaldo puer dei vvilfridus nat⁹ est Scūs vvilfridus vbi quartūdecimū etatis attigit annū venit i insulā lindisfernēsē ibiq; monachoram famulatui se ⁊ eorum dās diligēt ea q̄ monastice pietatis ⁊ castitatis erāt. ⁊ discere cura Ubi cū bat ⁊ agere. aliq; annos deo seruiret ꝓposuit romā ire ⁊ monasteriales rit⁹ ibi videre. Veniens vo a wnekacio archidiacono quattuor euāgeliorum libros didicit: et alia

pulta ecclē disciplinis uti=
QVam aūt lia.l.iii.
aliq̄diu in roma stu=
diis indulgeret rediit i galli
am ad dalphinū lugdunēsē
archiepm ꝛ tres ānos apd
eū ꝙmoꝛat⁹ ē ac tōsus ē ab
eo et tāt⁹ hīt⁹ amoꝛe vt he=
redē sibi illū facē cogitaret
PRedictus d̄o dalphi
nus iussu bꝛihildisre
gine ad decollādū duct⁹ est
quē secut⁹ ē vvilfrid⁹ deli
derās cū eo occūbere. Sꝛ
cū cognouerīt eū carnifices
de natiōe āgloꝝ noluerīt eū
trucidare cū suo pontifice
Sāctus vvilfrid⁹ bꝛita=
niā veniēs ꝙiunct⁹ est
amicitiis alfridi regis q̄ de
dit ei trā trigita familiarū
in loco q̄ vocat Ripō. Ita=
q̄ deliderāte rege alfrido
vvilfrid⁹ sacerdos oꝛdina
tus ē ab gilberto gevvilo
ēpo a q̄ postea ep̄s est ꝙse=
cratus. Quo adhuc i tranl
marinis partibꝫ demoꝛāte
cōsecrat⁹ est cedda vir san
ctus in epatu eboꝝ iubēte
rege olvvino: et tribꝫ ānis
rexit deinde lostyngiū ce=
cessit: acꝛipiēte vvilfrido
epatū tot⁹ noꝛthumbꝛiep.
REgnāte uicie. l. vi
rege egfrido pulsus
est vvilfrid⁹ ab epyscopatu
et tres p illo ꝙsecrati sunt
antistites: ꝫ āno scd̄o alfri
di regis q̄ post egfridum re
gnauit suo epatu iuect⁹ est
Scriptūq̄ ē regibꝫ āgloꝝ
vt eū i epatū suū facerent
recipi eo q̄ iiuste fuerat cō=
dēnatus. Cū vvilfrid⁹ bꝛi
taniā remeās i galliā dene
uisset tact⁹ infirmitate quat
tuoꝝ dieb⁹ q̄si moꝛtuus: cui
archangelus michael: appa
ruit dicens. Donauit tibi
dn̄s vitā p oꝛōnes fratrum
tuoꝝ: ꝙ intercessionē geni
tricis sue: ꝫ patus esto q̄
post quadꝛieniū visitabo te
et i pace trāquillā: vitā ter
minabis. Scūs d̄o vvilfri
dus post q̄dꝛagita q̄nq̄ an
nos ep̄at⁹ sui die clausit ex
tremū: ꝫ i monasterio suo
qd̄ dicit ripō. honoꝛifice est
sepult⁹. Septia le. d̄ exposi
tiōe euāgelio scd̄ꝫ matheū
Homoquidā ꝙgre. Ome=
lia vt in ꝙmuni. Lctō. viii

Q Dꝛs lane ista ꝑ quã beatus dvalkrid⁹ introductus est in gaudium: non est moꝛs: sed dormitio Abiit ergo: nõ obiit: nec extincta est lucerna eius. Cũ igitur inter chozos angelorum multiplici meritoꝝ excellentia flozeret i celis locũ i quo cozp⁹ eius requeuit pluribꝫ miraculoꝝ ſignis deus poꝛnauit i terris Erexit itaqꝫ de⁹ i archipsulem ebozacen. venerabilẽ virũ oſvvaldũ moꝝ scitate poꝛnatũ Qui celit⁹ diuina ſpiraꝫ gra: cũma cũ reuerẽtia de ſtimo tumulo: quo sepeliebat cozp⁹ eius trãſferre

Q Dn disposuit. ſ. ix gregatis itaqꝫ ad diẽ assignatũ archiepo ꝓdicto oſvvaldo cũ ceteꝛis ꝓlat: hi ſpalit q̃ dignitate ⁊ meritis ꝓcellebãt: sumẽtes sãcti cozpis reliquias in capsa lignea cupzo deaurato cooꝑta honozifice collocauerũt: quã i aꝯionari ꝑte ecclesie iuxta altare bti petri ꝑsuerunt: dictusqꝫ archieps oſvvald⁹ diẽ trãslationis i tã ꝓuincia ebozacẽ. festiuari ꝓcepit. Elapso aliquo tꝑe vvalter⁹ gray dicte ecclesie ebozacẽ. archiepus itez cozp⁹ ei⁹ in feretrũ auro et argẽto oꝛnatũ: eodem quo pꝛi⁹ trãſlatũ fuit octauo kcilicet. Kalẽdas maias laudabilit trãſtulit ad laudem dñi iesu xpi. ps. Te d nõ dẽ. Ad laudes ãn Ecce sacerdos. ⁊ c. ã. seqnt. vti cõi. Cap Bñdictionẽ, hy⁹ Jesu redẽptoꝛ oim.. v. Justus ger. ã Euge seruꝫ. ps Bñd⁹. Dꝛõ ꝓpꝛia. vtꝫ Ad pꝛimã ⁊ aliis hoꝛas de cõi vni⁹ ꝯfessoꝝ cũ oõe ꝓpa. Ad sedas ys ãe d laudẽ cum psal. ferialibꝫ cap. Bñdictionẽ Sctẽ. N. ꝯfessoꝛ hy⁹. Jesu redemptoꝛ. v⁹. Amauit. ã Similabo eum Dꝛõ ꝓpꝛia. vt supꝛa.

¶ Finis pꝛime partis huius bꝛeuiarii scilicet temporis hyemalis de sãctis

Gratis aũt diuina in=
spirãte anno vndeci=
mo obit⁹ scissimi pr̃is cuth
berti ep̃i carissimi lidisfar
nẽsis monasterii sepulchrũ
ei⁹ aperientes inuenerũt cor=
pus ei⁹ quasi adhuc viueret
integrum: multo dormiẽti
ꝑ mortuo similius: sed ⁊ ve
stimẽta q̃bus idutũ corpus
erat: prisca nouitate ꝓpa=
rebãt. Quod videntes ep̃i:
festinãtes retulerũt antistiti
suo eadberto q̃ inuenerãt et
viderãt. Attulerũt quoq; ei
et partẽ i dumẽtor: q̃ corp⁹
sctm̃ ãbierãt. L.ii

Ipse aũt dilectus deo
eadbertus ãtistes cuthber=
ti successor: sancti patris vesti
mẽtor munera gratãter ac
cipiens: et miracula liben=
ter audiẽs: ipsa idumenta
miro osculabaꝫ affectu Di
xitq; ep̃ibus. Vos ergo no=
ua idumẽta scõ corpori ex
hibete pro his que ad me at
tulistis: ⁊ sic reponite in ar
cha quã paratis. L.iii

Adiecit quoq; dicens:
Scio autẽ certissime
q; nõ diu remanebit vacu⁹
locus ille Et ꝑ btũs est: cui
in eo facultatem quiescẽdi
dñs prestare dignabit Fe=
cerũt aũt fratres vt iusse=
rat: ⁊ in theca corpus recon
ditũ supra pauimentum, sã
ctuarii posuerũt. Nec mul
to post: ipe dilectus eadber
tus morbo corrept⁹ acerbo
migrauit ad dñm Et posi
erũt corp⁹ ei⁹ in sepulchro
supradicti pr̃is cuthberti.
In quo etiã loco signa sani
tatũ meritis ãbor fuisse re
ferũtur q; vita vtriusq; deo
digna iuẽta est: cui ẽ honor
et gla i scla sclorum amen.
Med. le. d scõ birino. L.iiii

Beatus siqdem cõfes
sor birin⁹ rome ex no
bili prosapia ortus: pie ⁊ re
ligiose moralitatis ornamẽ
ta querebat Perlato igitur
rumore tãti viri sũmo pon
tifici honorio: inuitatur ab
eodem: ⁊ iã illius presenta=
tur obtutibus: q; eũ ad epy
scopatus euexit officiũ mã
dãs: vt britãniã fidei v̄bũ
predicaturus adiret. Inuũ
cto itaq; opere suscepto: be
atus birinus i brytaniã per

uenit: et ge vilox totã terrã paganã ingrediens: kyne gilsũ regem illoxũ de aqua lauacri a sãcto rege oswvaldo dispondẽte de gratia susceptũ ad fidẽ xpi cõuertit

Baptisato aũt L. v rege baptisatur ⁊ eiꝰ familia vniuersaq; puicia. Donauerũt q; mẽoxati reges btõ birino ciuitatẽ: que doxcacester vocatur ad faciendũ inibi sedẽ epyscopalem Sublimatꝰ igit i sede btũs ãtistes parat ecclesias fana cũ simulachris euertit oxdinauit clericos: viuere verbo docet et exẽplo. Dedicatis xo q; pluribꝫ ecclesiis: multisq; populis ad dominũ aduocat humane cõcedens nature migrauit ad dñm.

Lectio sexta

Sepultus xo i ciuitate pontificatꝰ per longũ tempus reqeuit. Et post multos ãnos edde epyscopatũ regẽte: q ãntꝰ ei i epatum successit: trãslatꝰ atꝰ est in ventanã ciuitatem: ⁊ i ecclesia btõꝝ apostoloꝝ petri ⁊ pauli honoxifice tumulauit.

Euoluto aũt multo tpe beatus adelvoldus magne religionis vir: q in epatu vicesimus sextus successit: de loco vbi politũ fuerat sctissimũ coxpus eleuauit: ⁊ i eadem ecclesia iuxta maius altare honoxifice tumulauit: ad laudẽ dñi nri ihesu xpi. Tres vltime lec. de expositiõe euãgel. Vos estis lux mũdi. Omel. vt i cõi. nonũ. Ꝛ Sint lũbi. Cetã ad matu. ⁊ hoxas de cõi vnius ꝓfes. põtificis: cũ oxõe Ops sẽpitme deus. Et fiat memo. de sãcto birino. ãn Amauit. ⁊ Magnificauit. Oõe de cõi. Adveñ. ãn Ecce sacerdos. Psal. feriales et cetavniꝰ cõfes. pontifi. cũ oxõe. Ops sẽpiterne deꝰ

Mẽo. de scõ bertino abbate. ãn Justum deduxit. ⁊ Magnificauit. oz. Intercessio. vt in communi.

Si trãslatio sci cuthbxti i dominica euenerit: differat et ibi incipiat hystoxia Si bona. ⁊ fiat memo. de sancto birino tãtum: cum. ã Cõfessoꝝ dñi. ⁊ Amauit.

Oco Dañs ops de? vor in cōl. Et ad capitā in dñica incipiat de scō cuthberto. ℣ memo. fiat de dñica. ℣ memo. de scō bertino abbate. ℣ i crastino fiat de scō cuthberto. ℣ meḍ. lec. de scō bertino. cum rñsoriis. Dñe pzeueniſti. ℟. Iste hō ab ado. ℟. Vir israelita. Expō. Vos estis lux mūdi et nonū. ℟. Scē cuthberthe. et sup psalmū. Bñdictus. ān. Euge serue. Et memoria de scō bertino. ā Iste homo. Et Si meḍ. lectiunt de scō birino in die sācti cuthberti: nonū ℟. erit Sint lū. Si aūt nonū ℟ erit Scē cuthberthe. In laudi. añe. ℣ cetavi s. Memo. de scō bertino. ā Iste hō ꝛc. Et Scti bertini abbatis. f. i.

Gregius dei abbas bertin? post a domari obitū multis vixerat ānis: turbāq; monachoꝝ sub districte sacre regule iugo custodiebat. Post trāsitū aūt bti bertini quadā nocte dñica tres viri ad pisca tionē ibāt: ℣ tātā multitudinē pisciū capiebant: quantā nūq; āte a vna pzēdiderūt nocte. Post piscationē vero lati nauigabāt ad pozt̄ū sed de nauicula ꝛ mouere non poterāt f. ii.

Dno eni ex eis pedū ℣ manuū officio ꝑuati toto fuerūt coꝛpoze cōtriti Tercius aut̄ officio pedū pziuatus: surdus effectus est. Ultio eni sup eos venit diuina ꝓpter noctis dñice trāsgressionē. Venientes aūt ad sancti bertini sepulchrū: ꝓstinā receperūt sanitatē. Quidā etiā hō maligno spū replet? ecclesiā sci bertini ingressus dū kīes ad ꝓcipiēdā refectiōez peteret refectoriū: furat? est vasa

Dam argētea. f. iii.

Ille egressus cepit q̄rere aditū pozte: vidit sicut ipe postea narrauit' plurimos sibi assistere inimicos Vñ ꝛtigit vt reuertēs p̄ mediū mōasteriū iter arripet ℣ p̄ parietū ꝓcipicia salt' daret. Cūq; deter? interrogaret cur ita demētasset: stati exposuit totius rei verita-

tem ⁊ redditũ est ei exire liberũ. Cetera de cõi vnius confessoris non pontificis. ℣ In vigilia natiuitatis btẽ marie virginis. Ad matu. fiat seruitiũ de sctõ eunucio cum nocte. Lectio ỏma.

QUidã sancte romane ecclesie subdiaconus noie eunucius pfectus ad ciuitatẽ aurelianensẽ venit In qua autẽ pro constituendo epõ cõtẽtio exorta fuerat: et pontifices ꝑ antistitis electione: atq; nuncii ab impatore pro reprimẽda populi dissensione directi cõuenerãt. Predict⁹ vero subdiaconus ad locũ veniens: iuxta ianuas ecclesie stetit. Lectio secunda.

OMnibus ergo dñm de precãtibus: ecce colũba instinctu dei transmissa volitare cepit per totã ecclesiã more personã inuestigãs. Que speculata beatum eunucium: statim sup caput eius cedit. Hoc signũ videns populus: admirari cepit: ocs vero clamauerũt dicentes. Iste est quẽ dñs nobis pastorẽ: et sibi prelatum sinauit. põtificẽ. Lec. iii.

QUid multa? Perficit dei volũtas. Peracta igitur sancti viri consecratione: cepit dñs per eum signa operari maiora. Surdi vero recipiebant auditũ ceci visum: muti loquelã: claudi gressum: palytici curationẽ. Cũq; extremũ vite presentis vir tempus sibi iminere vir dei cognosceret: timens ne post suũ obitum sicut antea pro pastore dissensio fieret: facto cõsilio cũ vniuerso clero ⁊ populo: successorẽ sibi sanctũ elegit anianũ. Quibus expleto: corp⁹ terre aiam reddidit celo. Cetera ad matu. et horas de cõi vnius pontificis cũ oõne de cõi. ℣ In nati. btẽ Marie virginis. Ad vs. ãn. Felix nãq;. ps. Dixit dñs ã. Virgo pru. Et cetera sicut in vigilia assũptiõis. Cpm

OQuã pulchra est casta generatio cũ claritate imortalitas eni est in memoria illius: qm ⁊ apud

deū nota'est et apud hoies ℟. Solē iusticie Hymn⁹. Aue maris stella. ℣. Post partū. In euāge. ān. Gl̄iose virginis marie ortum dignissimū recolamus cuius dñs humilitatē respiciens angelo nūciante cōcepit redemptorē mūdi. ℘s. Mgt. Applicationē Dro seruoꝝ tuorū de⁹ miserator exaudi: vt qui i natiuitate dei genitricis ⁊ virginis cōgregamur: eius intercessionibus ꝑplacatus a te de istātibus piculis eruamur. Per eūdē dñm. Memo. de lctō adriano martyre. ān. Hic est vere ℣. Gl̄a Resta et ho. Dō. Quesumus oꝑs deus: vt qui beati adriani martyris tui natalicia colimus: a cūctis malis iminentibus eius intercessiōe liberemur. Per dñm. Ad cōpleto. vt i festo assūptiōis. Ad matu. Inuitato. Corde ⁊ voce simul xp̄m regē veneremur. Virginis et mātis iubilem⁹ nobili ortu. ℘. Venite. hy⁹ Aue maris. In. i. noct. ān. Hodie nata est beata virgo maria ex progenie dauid q̄ quā salus mūdi credētib⁹ apparuit. ℣s. Dñe dñs nr̄. ān. Beatissime v̄ginis marie natiuitatē deuotissime celebremus vt ipsa pro nobis intercedat ad dñm deū nr̄m is. Celi enarrāt. ān. Dñi nata est virgo sacratissima: tūc illumiat⁹ est mūdus stirps beata radix sancta et benedictus fructus vētris tui. ℣. Dñi est terra ℣. Sctā dei geni. Sermo fulberti carnoteñ. cōi. l. i. Approbate consuetudinis est apud xp̄ianos sanctoꝝ patrū dies natalicios obseruare diligenter: ⁊ tunc p̄cipue virtutes eoꝝ assignatas l̄is in ecclesia recitare ad dei laudē ex munere cuius sunt ⁊ ad instrumenta minorū. ℟. Hodie nata est btā v̄go maria ex ꝑgenie dauid q̄ quā salus mūdi credentibus apparuit. Cuius vita gl̄iosa lucē dedit seculo. ℣. Btissime virginis marie natiuitatem deuotissime celebre

mus. Cuius. Lectio sca.

INter oēs aut̄ scōs memoria btissime marie virginis eo frequēt̄ius agit̄ atq; festiuit̄: quo maiorē gr̄am apud deū credit̄ inuenisse. Vñ post alia que dā ipius antiquiora solennia non fuit contēta deuotio fideliū: quin natiuitatē solēne superaddaret hodiernū. ℟. Beatissime v̄ginis marie natiuitatē deuotissime celebremus. Ut ipsa p nobis īteredat ad dñm ie sum x̄pm. ℣. Cū iocūditate natiuitatē btē marie celebremus. Ut. Lectio. iii.

NAc itaq; die peculiariter in eccl'ia recitandus esse videret̄ liber ille q̄ de ortu ei⁹ atq; vita script⁹ inueniebat̄: si non iudicassent eū pēs inter apocrifa numerandum. At q̄n magnis ac sapiētibus viris ita visum est: nos alia q̄ dā: sed nō aliena legētes eccl'iastico more debitū officiis exequamur. ℟. Stirps iesse Ia. n. noct. ān. Hodie nata est virgo maria ex semine abrahe: letant̄ archāgeli exultant oēs scti: & cōgaudet ois mūdus. ℣s. Eructauit ān. Dignum nāq; est: vt ei cū summa deuotiōe famulemur per quā nobis virginitatis insignia pululārūt ℣s. Deus noster refu. ān. Vñdicta & venerabilis sancta maria v̄go dei genitrix cui⁹ natiuitatē celebrem⁹: vt intercessio ipius sit pro nobis ad dñm. ℣s. Fundamenta. Speciosa facta es & suauis. Lectio quarta

BEata ergo dñi mr̄ et ppetua virgo maria: priusq̄ nasceret̄: oraculis enūciata est & designata miracul'. Nata v̄o ex pgenie diuinit⁹ ordinata: puilegio virtutū insignis enituit: saluatorē edidit: a q̄ glorificata in celo nunq̄ terrigenis patrocinari desistit. ℟. Gloriose v̄ginis marie ortū digniss̄imū recolam⁹ Cuius dñs hūilitatē respiciēs ange lo nūciāte cōcepit redēpto rē mūdi. ℣. Hodie nata est btā virgo maria ex pgenie dauid. Cuius do. Lec. v.

Propositionē sequar suo ordine narratio. Iāq; referam⁹ vnū de ꝑtaxatis miraculis: ac deinde paucis expediamus. Dixit eternus ad veterem: de⁹ ad serpentē. Inimicicias ponā inter te et mulierem et semē tuū et semē illius Ipsa conteret caput tuū: et tu insidiaberis calcaneo eius ℟. Ordē z ais xp̄o canamus gloriā i hac sacra solēnitate i qua beata dei genitrix virgo maria exorta est Quā gabriel archāgel⁹ plenā gr̄a oñdit. ℣. Valde nāq; eā nos oportet cūma cū deuotione venerari: que tā sctā permanet virgo Quā

Quid est ꝓtes in hoc loco caput serpentis cōterere nisi principalē suggestionē dyaboli: id est concupiscentiā relictēdo superare Si ergo quera⁹: quenā mulier huiusmodi victoriam operata sit: profecto non reperitur i linea generationis humane donec perueniatur ad illā de qua nūc agimus sctāz sāctā. Nata est igitur beatissima virgo patre nazareno: mē bethleemitica: quas vrbes christi natiuitati vel conuersationi destinatas esse pphete nō tacuerāt. ℟ Ad nutum dñi. In. ii. noc. ā. Natiuitas est hodie sctē marie v̄gnis cuius pulchritudinē respexit de⁹ et visitauit humilitatē suā. ℣ Cātate. i. ān. Ista est sponsa electa a dño cui⁹ natiuitatē celebremus vt ipa intercedat pro nobis ad dñm deū nostrū. ℟ Dñs reg. ex. ān Sctā maria succurre miseris iuua pusillanimes refoue flebiles: ora pro pplo interueni p clero intercede p deuoto femineo sexu. ℟ Cātate. ii. ℣ Sicut⁹. Post ptū. Initiū sci euāg.

Liber scdz matheū generatiōis iesu xp̄i. Et rel. Sermo exameneta rio bti hieronimi pbyteri

Ysaias legit Generationē eius q̄s enarrabit? Non ergo putemus euangelistā prophete esse ꝛtrariū vt qđ ille nō dixit ego futurū: hoc hic narra

re inciplat: qz ibi de gñatione diuinitatis: hic de icarnatione est dictū. A carnalibz aūt cepit: vt p hoiez deū discere iciplam⁹. ℟. Natiuitas gloiose ⁊ginis marie ex semie abzahe ozta de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Cuius vita iclyta cunctas illustrat ecclesias. ℣. Natiuitas est hodie sācte marie virgis. Cuius. Le. viii

Filii dauid: filii abzahā. Ozdo pzeposter⁹ sed necessario cōmutatus. Si enī pzi⁹ posuisset abzaham et postea dauid: rursꝰ ei repetēdus fuerat abzahā vt generatiōis series texeretur. Ideo aūt ceteris pretermissis hoz filiū nūcupauit: qz ad hos tātū est facta de xpo repzomissio. Ad abzahā i semie inq̄t tuo bñdicēt oēs gētes: qđ est xps. Ad dauid: de fructu vētris tui ponā sup sedē tuā. ℟. Felix nāq; ⁊ ter. ℣lic. tuā natiuitatē. L. ix.

Iudas aūt genuit phares et zarā de thamar Notādū in genealogia saluato ris: nullā fētā ⁊ assumi mulier⁹: sz eas q̄s scriptura repzehēdit. Ut ꝯ ppter petō resveneraꝝ de pectatricibz nascēs oiz petā deleret Ñ er i ⁊sequētibz ruth moabitis ponit: ⁊ bersabee vxoz vzie. Naalō aūt genuit salmō Iste ē salmō pzinceps iude: sicut i numeꝝ legimus. ℟. Holē iusticie regē paritura supremū Stella maria maris hodie pressit adoztū. ℣. Cernere diuinū lumē gaudete fideles Stella Gla. Stel. ℣. Te deū. ℣

Spola fētā. Iub. ā Natiuitas gloziole virginis marie ex semie abzahe ozta de tribu iuda clara ex stirpe dō. ℣. Dñs regē. ān Natiuitas est hodie sce marie ⁊gis cui⁹ vita iclyta cūctas illustrat ecclesias. ℣s. Jubil. ā. Regali exp̄genie maria exozta refulget: cui⁹ pzecib⁹ nos adiuuari mēte et spū deuotissime poscim⁹ ℣s De⁹ de⁹ me⁹. ā. Lozde et aio xpo canamus gloziā in hac sacra solēnitate pzecelse genitricis dei marie ℣s

Benedicite. ā Cū iocūdita te natiuitatē btē marie celebrem⁹ vt ipa pro nobis intercedat ad dñm deū nr̄m. ps Laudate. cap̄ O q̄ pulchra. hy⁹. O q̄ glorifica. ỽ. Elegit eā deus. In euāgelio. ā Natiuitatem hodiernā perpetue virgis genitricis dei marie solenniter celebremus qua celsitudo throni processit alleluya. ỽ Benedictus. Oy Supplicationem. Memo. de martyre. ān. Nili granum. ỽ⁹ Justus vt palma. Dño vt in cōi Ad prima. ān Natiuitas gloria. ỽs Deus in nomine tuo. ℟ Jesu christe. ỽ. Qui de virgine. Ad ter-

ā Natiuitas est. ỽs Legem pone. Cap̄. O q̄ pulchra. ℟ Sctā dei genitrix virgo cēp maria. ỽ Intercede pro nobis ad dñm deum nr̄m. Virgo Gla. Scā ỽ. Post ptum. oy Supplicationē. Ad sextā. ā Regali. ỽs Defecit. cap̄. Et licī cyō. ℟ Post ptū vgo. Inuiolata permānisti. ỽ. Dei genitrix intercede pro nobis Inuiolata. Gloria. Post. ỽ⁹. Speciosa. Dño. vtš. Ad. ix. ā Cū iocū. ỽ. Virga bilia. Cap̄. Et radicaui. ℟ Spōsa cā es. Et suauis. ỽ⁹. In deliciis tuis cā dei genitrix. Et Gla. Spōsa. ỽ. Elegit eā. Oy vtš. Ad vesp. āe de laud. cū plal de dña. Cap̄. O q̄ pul. ℟ Ad nutum. hy⁹ O q̄ glori. ỽ. Post ptū. In cuā. ā Natiuitas tua dei genitrix virgo gaudiū ānunciauit vniuerso mūdo ex te eni ortus est sol iusticie xp̄s de⁹ nr̄: q̄ solues maledictionē: dedit benedictionē: z̄ resundēs morte donauit nobis vitā sempiternā. ỽ Mgt. oy Supplicationē. Meq. de sancto gorgonio. ā Btūs vir q̄. ỽ

Gla et ho. Dño

Anct⁹ martyr tu⁹ gorgonius dñe cuius nos intercessione letificet z̄ pia faciat solēnitate gaudere. p ỽ. Quotidie ifra octauas: usq; ī dñica hoc mō dicat̄ seruicium. Ad mat. Inuit. In honore. ỽ Veite. hy⁹ Aue mar. In noc. ā Hodie nata. ỽs.

Dñe dñs nr. Et cet̃i psalmi sicut i die sub hac ã. ℣ Octã dei. Le.i Osculetur me osculo oris sui: qz melioza sũt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis. Oleum effusũ nomẽ tuũ: ideo adolescẽtule dilexerũt te. Trahe me post te: curremꝰ i odorem vnguẽtoꝝ tuoꝝ. Introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus et letabimur i te memores vberum tuoꝝ super vinũ recti diligunt te. Ex Hodie nata. Et cet̃a de ꝑma turba: secũdo die de secũda turba: tertio die de tcia turba: ꝛ ordinati iterẽtur. Le.ii Ux synagoge Nigra sũ sed formosa filie hierlm sicut tabernacula cedar: sicut pelles salomonis. Nolite me ꝯsiderare: q fusca sũ qz decoloꝛauit me sol. Filii mr̃is mee pugnauerũt ꝯtra me posuerũt me custodem in vineis: vineam meã nõ custodiui. Lectio tercia Ux ecclesie. Indica michi quẽ diligit aia mea: vbi pascas: vbi cubes i meridie Ne vagari icipiã q greges sodaliũ tuoꝝ. Uox xp̃i ad ecclam Si ignoꝛes te o pulchꝛa ĩter mulieres: egredere et abi post vestigia gregũ: ꝛ pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastoꝛũ. ℣ Te deũ. ℣ Sponsa. ℭ In laudibꝫ hec sola. ã Natiuitas glo. ℣ Dñs reg̃. Cap. O q̃pulchꝛa. hꝫ. O q̃ glorifica. ℣ Elegit eã. ãe super psalmos. Benedictus. et Magnificat. vt supꝛa ifra octa. assumptiõis: excepto q quando dñica contigerit tercia die natiuitatis beate marie: tũc ad matut. dicatur ãn In pꝛole mater. super psalmũ. Bũdictus. loco alic. Sancta maria. Oco. Supplicationem. Memoꝛia de setõ gorgonio Ad ꝑmã. ãn Natiuitas est Xe. Jesu christe. ℣ Qui de virgine. ꝛc. Ad terciã. ãn. Regali. Et cete ãe de laudibꝫ ad alias hoꝛas. Capitula et responsoꝛia hoꝛalia sicut i die. Oz. Supplicationem. Ad vesperas. ãn.

Natiuitas glozio. ℣s Dixit dñs. et ceteri psalmi sicut in die sub hac. ā. Cōm O q̄ pulchra. hy⁹ O q̄ glorifica. ℣⁹ Post partū. In euāge. ā. scōm ozdinē. ozo. Supplicationem. Tercio die. Lectio prima.

EQuitatui meo ī curribꝰ pharaonis assimilaui te amica mea. Pulchre sūt gene tue sicut turturis: collū tuū sicut monilia. Murenulas aureas faciemꝰ tibi: vermiculatas argento. Ꝟ. Historia scōm ozdinē. f. ii.

VOx ecclie de xp̄o Dū esset rex in accubitu suo nardꝰ mea dedit odozē suū. Fasciculꝰ myzrhe dilectꝰ meus michi: iter vbera mea cōmozabit. Botrꝰ cypzi dilectꝰ meꝰ michi: in vineis engaddi. Lectio. iii.

VOx xp̄i. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra: oculi tui colūbarū. Vox ecclie. Ecce tu pulcher es dilecte mi ⁊ decorus: lectulꝰ nr̄ flozidꝰ tigna domozū nostrarū cedzina: laquearia nostra cypressina. Ad vespas nichil. de martyzibꝰ pth̄o ⁊ iacinto. Oro

BEati pth̄i nos dñe ⁊ Iacinti foueat pciosa confessio et pia intercessio tueat. Per dñm. Quarto die. Lectio prima.

VOx xp̄i Ego flos cāpi et lilium cōuallium. Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias Vox ecclie Sicut malus ī ter ligna siluaꝝ: sic dilectꝰ meꝰ inter filios. Sub vmbza illiꝰ quē desiderabā sedi: ⁊ fructꝰ eiꝰ dulcis gutturi meo. Lectio secunda.

INtroduxit me rex in cellā vinariā: ozdinauit in me caritatē. Fulcite me flozibꝰ: stipate me malꝝ amoze lāgueo. Leua eiꝰ sub capite meo: et dextera illiꝰ āplexabit me. Lec. iii.

VOx chzisti. Adiuro vos filie hierusalem per capzeas ceruosq̄ campozum: ne suscitetis neq̄ euigilare faciatis dilectā: quoadusq̄ ipsa velit. Vox ecclesie. Vox dilecti mei. Ecce iste veniet: saliens in mōtibus: transiliēs colles

Memoria de martyribus. Dō vt supra. Quito die.

Si Imilis est dile Le. i. ctus meus capree hin nulloz ceruozum En ipse stat post parietē nostrum a spiciēs p fenestas pspiciēs per cancellos. Et dilectus meus loquit michi Surge ppera amica mea: colūba mea: formosa mea et veni.

Iam eni hyems Le. ii transiit imber abiit ⁊ recessit. Flozes apparuerūt in terra nīa: tps putatiōis aduenit. Vox turturis audita est in terra nīa: fic⁹ p= tulit grossos suos vinee florētes odorē dederūt. ℞. iii.

Vox xpi. Surge amica mea: speciosa mea et veni. Colūba in foramini= bus petre: i cauerna macerie. Ostende michi faciē tuam sonet vox tua in auribus meis. Vox eni tua dulcis et facies tua decora. Le tera vt ꝫ. Advespas. Memo. de sctō maurilio epō ⁊ confessore. ān. v. ⁊ oro vt in cōmuni. Si vero festū natiuitatis beate marie in dñica contigerit: tunc erit sexto de legenda sequens.

Sexto die. Lectio prima.

